

224

V-6-6


ASPSG 34-29

Ruggeri,
Declamationes.



224

V-6-6



*Illustrissime. Ego verò eò libentius
etiam consecro, quod liberales artes
impensè amanti eloquentiam exco-
lenti, Rhetoricum munus deuoueo;
ut Palladi, ut Pitho videar, quid-
quid id est dedicasse. Vale. Medio-
lani fasto Diui Caroli die, 4. No-
uembri Anno Domini 1625.*

SYLLABVS DECLAMATIONVM A V C T O R I S,

Quæ hactenus prælo addictæ sunt.

*In prima parte, quæ Venetijs anno
Domini 1620. prodijt.*

- Decl.^o 1. Pro Ignorantia contra Disci-
plinas.
2. Pro Disciplinis contra Ignorantiam.
 3. Pro Studio militari.
 4. Pro Diebus Bacchanalibus.
 5. Contra solemnitatē Bacchanalium.
 6. Pro Monarchia.
 7. Pro Democratia.
 8. Pro Aristocratia.
 9. De humana Perfectione.
 10. De Hominis excellentia.
 11. De Tarditate Ingeniorum.
 12. De Passione Domini.

DECLAMATIONES
SEPTEM

Supra viginti continentur.

Decl. 24. De octauo Orbis miraculo,
sive Æolia Custoziana, habita Romæ
in Coll. Clementino an. 1611. pag. 1

25. Contra sectam stoicam pag. 40

26. Pro Secta Stoica pag. 66

27. Pro Epicuro pag. 94

28. Contra Epicurum pag. 122

29. Contra Diogenem, & Cynicorum
sectam pag. 156

30. Pro Diog. & Cynicorū secta p. 181
Habita sunt in concertationibus men-
struis, Classis Rhetoricę Colleg. Cle-
mētini. Quo tempore Auctor, Romæ
secūda vice, Rhetoricę profitebatur.

31. De Sac. Virginis Dei parentis puer-
perio pag. 211
Habita in Academia GENEROS.
Venijs, in peruigilio Natiuitatis
Chri.

13. De Beati Simonis infantis cœde.
 14. Gratulatio Francisco Vendrameno Venetiarum Patriarchæ.
 15. In aduentū Romam Ioan. Delphini cum Vicentinae Ecclesiae Episcopatus inauguratus est.
 16. In funere Marini Caballi pro Ven. Rep. apud Paulum V. P. M. Oratoris.
 17. In funere Syluij Spinolæ.
 18. In funere Ioanni Bonæ-fidei.
 19. Academiae Clementinae laudatio.
 20. Pro Vita humana.
 21. Pro hominum communi morte.
 22. Exornatio R. Patris Andreae Stella Præp. Generalis Congregationis de Somasca.
-
23. Defensio Ioannis Georgij Trillini, & de eiusdem stemmatis nobilitate. Habita in Academia Generos. anno 1620. seorsim edita.



In

32. De eiusdem Deiparæ in Cælos Assumptione pag. 232

Habita die festo eiusdem, in Collegio Clemētino, ab vno ex sodalibus Cōgregationis Assumptæ anno 1609.

33. De Ang.^{ca} naturæ dignitate p. 241

Habita ab ipso Auctore Mediolanii, in Lyceō Theologico Sanctæ Mariæ Secretę, cum quæstionis quinquagesimæ, ex prima parte S. Thomæ interpretationē aggredieretur anno 1620.

34. De Seraphico B. P. Francisco Assisinate pag. 251

Habita ibidem ab vno ex Tyronibus eiusdem Lycei anno 1621.

35. De Hieronymi Æmiliani spiritualibus Genethlijs pag. 262

36. De adulta eiusdem sanctitate vitæ pag. 284

37. De emerita eiusdem senectute p. 328

Habitæ sunt in Collegio Ticinensi Patrū Cōgreg. de Somasca anno 1620. quo

quo à Patribus decretæ sunt benemerenti Fundatori anniuersarię feriæ.

38. De sacra ab eodem Æmiliano instituta familia pag. 356

Habita Mediolanii ¹⁶²⁰ æra eadem in Collegio S. Mariæ Secretę, coram Patribus qui ad Comitia Definitoria conuenerant.

39. De Ostenda recepta, & Sancto Piato pag. 368

Habita Romæ in Collegio Clemētino à Nobili Adolefcēte Belga sub initia feriarū Autumnalium anno 1604.

40. Gratulatio Lanfranco Margorio S. R. E. Card. Somaschenſis Congregationis Protectori pag. 397

Habita Romæ in ædibus Sancti Blasij Montis Citorij anno 1609.

41. Laudatio Fracisci Vendrameni Patriarchæ Venetarum, & S. R. E. Car. vitæ functi pag. 401

Hanc Venetijs habiturus parauerat R. P. D. Georgius Conobius Congregationis

CONOBIOJ

contollare
in C.R.S.

- gationis Somaschensis, in funere eiusdem Card. anno 1620.
42. Gratulatio Hyppolito Card. Aldobrandino, post obitum Petri Card. Aldobrandini patris sui, Collegij Clementini Patrono designato pag. 421
- Habita in cod. Collegio anno 1623.
43. Gratulatio Carolo Emanueli Marturio, Episcopo, & Principi Tridentinae Urbis electo pag. 432
- Habita in Seminario eiusdem Urbis anno 1624.
44. Gratulatio Alexandro Pallaucino Classis S. R. E. Gen. Nauarcho p. 445
- Habita Papae in Academia ANIMOSORVM Coll. S. Maioli an. 1621.
45. Panegiricus Inclytae Societatis IESV pag. 453
- Dicitur in Classe Humanitatis Colleg. Clem. anno 1618.
46. De bello capeffendo contra hostes Christianae Reip. ad stylum orationis Ciceronianae p. Lege Manilia p. 484
- Habita

- Habita Romae in Coll. Illiricorum, quod tunc in Clem. domicilium habebat.
47. De certo disciplinae genere deligendo pag. 506
- Habita in restauratione studiorum, Venetijs in Seminario eiusdem Serenissimae Reipub. anno 1607.
48. De Philosophia pag. 530
- Habita ab ipso Auctore Romae cum librorum de Physico auditu interpretationem aggredereetur anno 1612.
49. Feriae annuae Clementinae, quibus S. Clem. VIII. mem. & Aldobrandinae familiae nobilissimum stemma anniuersariae celebritate excolitur p. 554
50. De laudibus Venerabilis Patris Caesaris *De Bus* Cong. Doctrinae Christianae in Gallia Fundatoris pag. 576
- Habita Mediol. anno Saeculari 1625. in Collegio S. Mariae Secrae, coram Patribus, qui ad Comititia Generalia conuenerant.

De HIERONYMI Æmiliani sacræ
Somaschenſis Familiæ parentis,
ſpiritualibus Genethlijs.

Declamatio trigeſimaquinta.

(Pavia, 5. Martii 1620)



NATALEM diem anni recurſu redeuntem fauſta acclamatione conſalutari, & ſolemni lætitiæ ſignificatione celebrari ſolitum nemo hoc honeſtiſſimo conſeſſu veſtrum ſedet, qui non ex antiquis rerum monumentis, hiſtoriſta que acceperit; & ea non reſolat animo inſtituta, moremque præſertim Romanorum, cum inſana ludorum pompa, & ſpectaculorum luxu bene auſpicatæ vr̄bis primordia Palilijſ feſtiſ celebrarent, aut eum diem, quo primo inaugurati fuiſſent imperatores. Hunc vobis diem Patres religioſiſſimi, lucemque fauſtiſſimam, qua benè ominata veſtri ordinis exordia, & auſpicatiſſima Hærois veſtri Hieronymi Æmiliani nō Mundo, ſed Cælo exoriētis natalia veneramini, ad ſe denuncio, quem hæc frequentia, hac concionis ſolemnitate, hac pompa, hoc aula apparatus, ſacriſque ſolēnijs lætiſſimè conſalutetis redeuntem. O fauſtum vobis, ò felicem diem, ò benè fortunata ſodalitij natalia, Hieronymo Æmiliano cœleſtem lucem auſpicante Equidem video mihi NN. cui hac celebratiſſis acclamatione dicendi inſpoſitæ ſunt partes, maximam oboriri cau.

È generale per il 2° anno il
P. AGOSTINO TORTORA

Habita est in Collegio Ticinensi
Patrum Conſeſſationis ſeſſione anno 1620
quæ a Patribus decretæ ſunt benemerenti Fundatori anniverſariæ feſtæ.

De Hier. Æmil. ſpirit. Genethlijs. 263

cauſam lætitiæ, & voluptatis, q̄b quam vobis ex hoc loco vno omnium veſtrum geſtientiſ animi ſenſu gratam, & periucundam hanc diei lucem debeam gratulari. Cum enim ob oculos pono Herois Æmiliani magnæ pietatiſ facinora, incredibiles conatus, reſ geſtas, inauditam viuenti inicitam rationem, ſuſceptum pietatiſ inſtitutū, vitæ innocentiam, aſperitatem, ſanctitatem diuinis actionibus, & miraculorum magnitudine comprobata, & nihil mihi fingere animo poſſim tam laudabile, tam heroicum, admiratione dignum in cæteris ſanctiſſimis, & præſtantiſſimis hominibus, qui duces ſtrenuiſſimi in Chriſtiana militia, acies ſub teſſeras euocarunt, quod de Hieronymo Æmiliano, aut æquali contentione laudiſ non etiam proferam, aut virtutiſ, & rerum geſtarum collatione non commendem præſtantius, habeo ſanè, ſive illum morem repeto, quo auſpicatū lucis ingreſſum, aut vr̄bis exordia, aut imperij inaugurationem ſolemni gratulationis ſignificatione, proſequebantur, ſive piū inſtitutum reſolo, quo cæleſtes heroas, ſanctiſſimos homines, cœleſti acceptos tryumpho veneramur, habeo inquam, cur lætiſſimam hanc diei lucem plauſibili excipiam voce, cum eam ipſam ſolemni celebrare reſolatis, quæ & Hieronymo Æmiliano prima feliciffimè vitam ingredienti illuxit, qua religioſiſſimi ordinis inauguratus eſt imperator, & cælo glorioſiſſimè tryumphauit: liceat enim hæc maxima veſtræ lætitiæ argumenta ab vno, & eodem fonte deducere, Patres Religioſiſſimi, qui dum militia veſtræ Imperatori cælo applauditiſ tryumphanti, & illius,

& San-

264 *Declamatio trigesima quinta.*

& sanctissimi vestri ordinis videmini celebrare natalem. Sed ego tanta rerum copia, & orationis ubertate ne obruar, aut per multa viarum diuortia errabundus ferar, hoc primo aditu vnum ex tribus desumam exornandum, & de eo dicam die natali, qui vt Aemiliano cecidit faustissimus, ita miraculo conspicuus facundissimi cuiusque oratoris est exornatione dignissimus. Neque vero eum, quo primum mortalis vitæ incipit vagitibus illachrimare calamitatem, genethliacum appello, diem Audit. quem barbari Scithæ haud sanè barbarè luctu, & mærore prosequabantur, eum natalis nomine honestandum censeo, quo vitiorum ceno demortuus, & consepultus primos diuinæ gratiæ hausit afflatus, & lucem verè aspexit diuinam; De quo dum breuiter, & sincerè dico, si minus ornate, & copiosè, vestram mihi exopto lucem humanitatis illucere.

Atque vt ego huius diei natalis faciem vobis depingam, ac nouum Hieronymi exortum per singula rerum momenta, quibus ipsa rei nouitate, & magnitudine planè diuinus iudicatur, explicare aggrediar; necesse est, vt qualis esset Aemilianus status, quæ conditio, exponam; si enim ex ea temporis ratione nusquam talem extitisse conuicero, iure deinde nascenti gratulabor, faustissimumque diem exornabo primò auspicantem.

Quis vero hominem quempiam non dicam solum humanis voluptatum illecebris irretitum, aut profanis negotijs distentum, varijs, & ingentibus rerum curis inuolutum, quæ animum à seip-sis prorsus auocant, & ab alienant, dum à rerum
diu i

De Hier. Aemil. spirit. Genethlijs. 165

diuinarum cogitatione distractum, inanibus vmbri-
bris defixū derinent, sed vitiorum ceno demer-
sum, sed sceleribus, & flagitijs pollutum non fa-
reatur hunc planè demortuum esse desijisse? Equi-
dem animum peccatorum labe sordidatum, di-
uinam, quam referebat imaginem turpiter de-
scædasse, vt penitus deleuerit, ac profligauerit,
vbique clamitant diuinæ prophetarū voces, sa-
cra obnunciant oracula, & seuerissimæ Dei præ-
potentis cōminationes contestantur. Qui si exi-
stentiæ, beneficium ea præsertim declarat parte,
quæ diuinitatis quãdam faciem adumbrat; hanc
vero dum se ipsum scædis cupiditatibus commu-
cular, & in brutorum naturam demigrat labefa-
ctam, profligatam demolitur; proclamandum
iure est, donec eo deformi squalore obsolescit,
diuinum architectum suum in ea opus non agno-
scere; atque adeo esse hominem desijisse scædis-
simam in belluam cōmutatum. An iugulare pror-
sus hominem flagitia, an confodere, confirma-
re non licet si vitales intercludunt spiritus, si vitæ
calamitosissimè extinguunt, quæ verè vita est,
dum diuinæ gratiæ, & charitatis ardore consopi-
to, omnes animæ vires, facultates omnes ad di-
uina mania obeunda demoluntur? Sed ne lon-
gius progrediar: fingite, vobis animo Hierony-
mum Aemilianum, ac planè verè concipite (ne-
que enim hoc quidquam de illius detrahit laudi-
bus) vitæ iugularum diuinæ charitatis, & gra-
tiæ. Nempe, qui in ipsa iuuentute militauit, in-
genio feroci, & præferuido, quos mores assuetu-
dine militiæ in maxima peccandi licentia, ætatis
tanta ad vitia procliuitate, ipse pellice cupidi-
tatum

266 *Declamatio trigesima quinta,*

tatum natura pravis aliorum incitamenti inuirtata, eum creditis hausisse? Certè si militares homines, profani etiam poetę sententia, omnem non raro exuunt humanitatem, fidẽ eiurant, oẽm sensum pietatis deponunt, vt nihil tam sanctum, quod non deturpent, nihil tam sacrum quod nõ violent, nihil tam castum, quod non polluant; à Hieronymo florentem pubertatis, & adolescentię ætatem in militia, quanquam bellicę laude, & virtute gloriosè; pietatis tamen, & verę virtutis gloria, haud præclarè fuisse traductam peracere illud factum, & scelera, quam in excindendis vitiorum radicibus post conuersionẽ adhibuit, assiduam, & laboriosam, declarauit. Generis, & familię claritas, Patrię nobilitas, & imperij florentissimę reipublicę maiestas, splendor domesticus, feruidum generosi animi ingenium nacta in Aemiliano, vt illum ad humanam laudem, magna glorię cupiditate incensum, acerbis stimulis rapiebant, vt egregiè ad omnes strenui bellatoris numeros suscepta ineuntis adolescentię ætate laboriosa militię exercitatio conformabat; ita à germana eum abducebat laude, & ab ea gloria, quę solidam virtutem, quę pietatem sequitur, profus auocabat. Nouerat quidem Aemilianus militari studio patriam ab hostibus propugnare, nouerat stratagemata militaria, callebat artes, & machinas omnes opprimendi hostis, instruẽdi exercitus ad pugnam, ad obsidionem, callebat munimenta, cuniculos, quibus scitè castra, vel dirueret, vel defenderet, At simul à cœlestibus castris transfugere, deditionem facere salutis

ani.

De Hier. Aemil. spirit. Genethlÿs. 267.

animę, humani generis hostis in insidias voluntariè irruere illa ipsa militię palæstra præclarè condiscibat; vt dum optima poneret humanę militię tyrocinia diuinę dedisceret rudimenta, dum in humana veteranus euaderet, in cœlestine quidem tyro versaretur, dum in illa classarius primipilaris decertaret egregiè, in hac gregarius, vel leni pugna primis succumbere hostium conatibus, & quantum ibi vincere, tantũ hic vinci laudabile arbitraretur; ibi ad egregia humanę laudis facinora præsentissimus animus, & promptus, hic ad præclaras cœlestis glorię actiones abiectissimus, & segnis; ibi paratum ad omnia consilium, hic pigrę, & inertes cogitationes, ibi in rebus nauiter, prudenterque gerendis industria singularis, magna in militię incommodis tolerantia, incredibilis in periculis audacia, hic in diuinę pietatis operibus mira, & insignis vecordia, inaudita oscitantia, in perferendis calamitatibus impatientia, in aduersis casibus insignis animi perturbatio, ingens in omnibus rebus, quę ad probitatem, ad pietatem, & religionem pertinerent, lentitudo, & segnities eminebat, ibi vigilare, hic stertere, ibi festinare, hic cunctari, ibi egregiè omnia obire munera strenuissimi bellatoris, hic ne primas quidem gregarij militis partes exequi, aut tyronis officia. Itaque quid existimatis Aemiliano nostro militiam, quę primos efferuescentis ætatis annos delibarat, contulisse? Non hoc ego dixerim ad omne vitium, ad omnem turpitudinem aditum patefecisse, non ad omnia æquę flagitia illam vitę rationem Aemiliani animũ propen-

268. *Declamatio trigesimaquinta,*

pensum factum omnibus impensè sordibus im-
buisse. Neque enim generosa pectora æquè, ac
humilia hominum ignobilium, abiecta consilia
concupiunt, aut turpes quolibet coquunt ani-
mo cogitationes, ut se se ad despectas abijciant
voluptates, & quibuscunque obscenarum cupi-
ditatum facibus incendantur. Hauserat Aemi-
lianus ipsis maternis vberibus ingentes, & inge-
nuos spiritus, nobilissimi generis claritas, dome-
sticus splendor, maiorum gloria, propagata
in posteros familiæ virtus, mirificum animi can-
dorem, & morum integritatem, propè ad mirabi-
bilem instillarant, ut nihil humile, nihil abiectum,
nihil à familiæ splendore, aut patriæ gloria alie-
num vnquam cogitarit; atq; præclara animi stu-
dia, & honestas gloriæ comparandæ ætiones vi-
tae militaris alit potius, fouetq; quam obscurer,
vel extinguat. Neque dum illum militiæ mori-
bus corruptum vobis ante conuersionem depin-
go profligatum hominem, perditum me putetis
effingere, aut facinosum. Illud induxerat mili-
tariæ disciplina prauitatis, quod facile ebibere
ille solet, qui excelso, erectoque est animo, qui
ingentes fouet spiritus, qui ferocis, ac præferui-
dæ est naturæ, ad illa scilicet vitia deflexit ani-
mum Aemiliani, quæ sanguinariam illam vitam
soleret comitari. Nam eum audacia militaris,
insignis moram insolentia, cum animi, corpo-
risque fortitudine petulantia, cum alacritate pu-
gnandi, sanguinis, & cædis immensa, est cupi-
ditas, plerumque coniuncta. Nulli cedere, om-
nibus præesse, iniurias vel lenes vlcisci, capta-
re quascunq; lædendi occasiones, se se aliorum

conatibus

D. Hier. Aemil. spirit. Genethlijs. 269

conatibus opponere solemne est hominum bel-
latorum. Duæ igitur prauæ cupiditatum faces
Aemiliani animum inuaserunt, & acriter ad eò
illius pectus incenderunt; ut penitus aestuaret;
Hinc enim Martis, hinc Veneris flamina gras-
sabatur in pectus, & foedè mansuetudinis, rem-
perantiæ, continentiæ stationem depopulabatur.
Vidissetis, Audit: Aemilianum primo illo adole-
scentiæ, & iuuentutis flore militiæ consecrato, cū
sedatis bellorū tumultibus ab exercitu, ab armis
reuocaretur in patriam; modo alterū veluti Spar-
tæcum in Vrbe turbas miscere, tum suas, tum alie-
nas iniurias ferro vlcisci, inter lanistas, & domo-
sticos nostrorum temporū miramillones, quos ale-
re solēt ad audacissima parricidia potētiores as-
siduè versari, quòd iræ facibus cum accēderetur;
lenibus offensusculis læcessitus implacabiles ge-
neret similitates, vehementi indignatione exca-
desceret, nec vnquam inultus placaretur. Vidis-
setis modo alterum Herculem a matorijs blandi-
tijijs captum inter soles puellas lanam, & colum-
ducere, hoc est inter pellices voluptuariam pro-
fus vitam consecrari; ad molliculos formosæ ri-
sus, ad subdolan oculorum eiaculationem, ad
vinulam scortuli vocem, blandum, venustumq;
aspectum insanas concipere libidinum faces, to-
tumque exardere. Hinc alea, hinc sica, hinc pel-
lex Aemilianum militiæ disciplina innutritum
urbano in otio adolescentem adhuc, iuuenemq;
feruidum à diuinis prorsus cogitationibus auo-
catum detinebat; ut cum in alios militares ho-
mines, illud soleat iactari, in vrbe Leones, sub
dio vulpes esse, ipse vbique leo, vbique totus in
S volu-

270 *Declamatio trigesima quinta,*

voluptatum lenocinijs haberetur. Sed ò diuinam bonitatem, ò prouida Diuinæ sapientiæ consilia: hoc auditores in statu positus Aemilianus diuino concipiebatur foetu, & ad sanctissima pietatis munera destinabatur: in sordido hoc vitæ squalore magnam piarum actionum mentem fouebat clementissimus, & sapientissimus Deus, eamque ad vberriam frugem maximorum facinorum præparabat; Atq; vt aquarum deriuationes quò humiliori, & depressiori loco concluduntur, eò altius per tubos emanant, & vehementius, ita diuinæ gratiæ munificentia: quò profligatioribus cõceditur, eò maiori largitate diffunditur, vberioriq; prouentu. Excitabat Saulo Tharsensi persimilis Aemilianus, iniquè extimulabat ad necem pietatis perduelles, & quemadmodum ille vestimentorum custodia Stephanum Christi martyrem lapidantes, non eam incitabat, quam expeditos reddebat ad inferendam iustissimo viro necem; ita ille voluptatum indulgentia effrenes concupiscibilis satellites cupiditates ad animæ internecionem impellebat. En igitur (parce dicenti Aemiliane) obsoletis adolescentiæ moribus inter militiae vitia, vrbanaq; voluptatum blandimenta captiuus; en diuinæ gratiæ vulnere confossum, iugulatum; en diuina deformatum imagine, demortuum, nihil. Ita ne? hæc Aemiliani encomia? ita sanè; qui deinde faustissime nouam auspiciatus vitam, ad bonam scilicet reuocatus frugem, eò laudabiliore est dignus exornatione, quò maiori conatu insudauit, vt ex illis scopulis, cotibusq; enauiaret; quò ampliora deinde fuere trophæa par-

De Hier. Aemil. spirit. Genethlyjs. 271

ta probitatis. Contemplemur iam Deo nascentem, equidem ita statuetis, auditores, cū Aemiliani vocationem miraculo insignem, cum progressionibus virtutis, & pietatis, cum egregia facinora, viteq; sanctissime traductæ rationem animo reputabitis, nihil posse magnificentius dici, vel aliorum contentione nobilius. Meministis opinor, grauissimi, & acerbissimi illius belli, quo Senatus Venetus à potentissimo Imperatore Maximiliano, seu potius à multis Europæ principibus impetrus, stercitissimas sui imperij opes accissas, in extremum propè discrimen vidit adductas, sensit certè maximis cladibus, & calamitatibus acceptis non parum prostratas. Hoc bello suam esse consequutus pacem, & quietissimam animi tranquillitatem, inter aliorum funera, & cædes vitam ille est adeptus felicissimam. Nam ea grassante armorum flamma, cum primæ tantæ incendijs faces in Forum Iulium iniectæ opulentissimam regionem iam occuparent, vbique infesta signa Dux Maximiliani exercitus inferret: Aemilianus ab vmbra ad solem, à sica ad lanceam, ab otio ad bellum, ad castra reuocatur. Cum enim ad suam illam armorum procellam depellendam magna animi constantia Senatus confirmaretur, militem vbique quanta poterat celeritate conscriberet, naualem adorna- ret classem, copias in continenti ad sustinendos hostium imperus, & conatus reprimendos, quam posset maximas, expediret; vbique præsidia disponeret, & prudentissimis consilijs, ingruenti em pestati occurrere conaretur; Aemilianus, cuius militaris virtus non obscuris argumentis,

272 *Declamatio trigesima quinta,*

& facinoribus Patribus declarata illuxerat, qui non vulgarem de rei militaris scientia, felicitate, prudentia expectationem concitabat, Castrum Noui, quod in Iulij alpibus est, Praefectus cum expedita trecentorum peditum manu renuntiatur; Huc enim ingentes illae Maximiliani copiae horribilem armorum nimbum discutere debebant; hic magna pugnae, bellique alea experienda; Huc impetuosis conatibus firmissima belli moles deuoluenda, quod post deditonem ab Andrea Raymundio Equite Hierosolymitano Reip. Venetae ante Aemilianum eiusdem Castrum Noui Praefecto turpissimè factam, iterum magna Venetorum ducum virtute fuerat receptum; propterea eos duces, par erat, ut Senatus aduersus validissimum hostem deligeret, qui non solum impigrè rem bellicam tractarent, sed praecipuè inter ceteros consilio, manu, & fide in patriam valerent. Nec sefellit patres opinio; Castrum Nouum validiores hostis excepit congressus; obsidetur; continua tormèti bellici arietatione, menibus exarmatur; opprimente defensores hostium multitudine, quamquam acriter, & diù defensum denuo capitur; facta internecione, & clade diripitur omnibus immaniter trucidatis; Captiuus fit Praefectus Aemilianus proprio, & inimicorum sanguine cruetatus, viuis tamen efferati hostis libidini, & furori solus reseruat, qui ob egregiam in defensione nauatam operam, quod non protinus deditonem fecisset, & multo sanguine emptam victoriam ab hostibus egregia dimicatione coegisset, barbaram crudelitatem in se omnium concitabat; Dirissimis igitur

De Hier. Aemil. spirit. Genethlijs. 273.

tur catenis vinctus appetere anno salutis MDXI. scedo, obscuroque carceri in perurgilio S. Augustini addicitur, acerbissimis tormentis torquetur, & iam ad satiandam hostis sauitiam certissimè in iugulum gladium expectat. En nouum Tharsensem, nouo prostratum telo: Incipit tum demum re ipsa Aemilianus experiri, densissimas tenebras rerum humanarum animi oculos occasse, sensit in animum cogitationum nube sibi mentem offusam, ac prorsus in diuinis caligare; cognouit consilia comparandae gloriae, nominisque celebritatis, quae in solida, perfecta que virtute non sunt collocata, quae verum finem non collimant, habere tandem exitum infelicem; Quamquam vero patriae defensione, quae seipsa honesta est, & ab honesto viro suscipienda, militiam esset aggressus, quia tamen solam nominis claritatem, splendoremque spectaret, ceterasque virtutes, quae in militari homine si eluceant magnū quid, heroicum, ac propè diuinum efficiunt, negligeret, nihil cogitaret ulterius; iure se ab altissima spe deiectum vidit; clarius tum diuina gratia lumen menti affundente, intellexit se Ixionem haecenus fuisse Iunonis concubitum adamantem; qui actiones omnes, & conatus suos ad gloriam nominis, ad domesticum splendorem, ad honores, ad dignitates humanas direxisset; in Deum, in sinceram, solidamque virtutem, nunquam animum intendisset, atque ad eum pro Iunone, nubem se complexum, hoc est pro corpore umbram, pro sole tenebras, Centaurum ex suis conatibus cognouit exortum. Proh infirmae hominum cogitationes, proh lubrica, & incerta consilia; ad-

* Btbl
m. l. l. m.

274 *Declamatio trigesima quinta.*

hibemus menti infuscata coloribus, ut sapientissimus dicebat Plato, specularia; dum actionum nostrarum fines spectamus, dum spes animo concipimus; dum euentus rerum suis pendimus momentis; obuersis utimur inspicillis, quæ calamitates, quæ infortunia, diuinasque ultiones, aut non referunt humanæ mentis oculis, aut exiguas, & longissimo distantes interuallo; In bona vero isthæc humana dum vertimus cogitationis conlectum, rectis utimur, quæ cum exigua sint, cum inania breui defluxura tempore, eò grandiora nobis exprimuntur, sublimiora, quàm ut à mortalibus sint expetenda; Aemilianus, qui in studio militari suas omnes spes gloriæ, & felicitatis humanæ collocarat, qui conceptis animo trophæis iam Syllano more Victoriæ, Martem, Venerèq; depingebat, qui amplissimos patriæ honores, ex præclaris militiæ actionibus, ex militari sago magna animi excelssitate conceperat, qui iam sepaludatum, in purpura, in sirmate contemplabatur, subito percussus turbine, prostratus iacer. Sed ò prolixam Diuinæ clementiæ munificentiam, ò profusissimam bonitatem; proternitur vt erigatur, concidit, vt reuiuiscat, emoritur vt renascatur. Nouum tandem, Auditores, diapsalma in eundum est nobis; enim vero hoc diro carceris, & captiuitatis discrimine, nouo concipitur fatu, mox Deo nasciturus, secundos aspirat diuina gratia afflatus, cælestia semina in informem illam animæ materiam effundit. Itaque squalor ille, tenebrosissimi carceris cæcitas, ferrei cõpedes, manicæ immanes, quibus vinciebatur, tormenta, cruciatus, quos perferebat acerbissimos, immi-

De Hier. Aemil. spirit. Genethlys. 275.

imminens in horas, in momenta crudelissimus interitus, ut humanæ conditionis illum admonent, & inconstantia, ita inanes illas humanæ gloriæ cogitationes, studia insana honoris, dignitatum prorsus depellunt, antea tam vitam fœdis voluptatum illecebris irretitam in memoriam reuocant, & longo veluti veterno consopitum expergefaciunt. Subeunt animo scelera, incurrit in mentem voluptuosa vita, percellit pectus diuina offensa, certissima ultio obuersatur oculis. Quid hic igitur? erumpunt lachrymæ, altissima erumpunt suspiria, opprimitur vehementissimo cordis dolore pectus, & tandem Metancea mestissimis obstetricantibus lachrymis diuinam in lucem Aemilianum resipiscentem enititur, qui primos statim edidit vagitus, mæstoque comploratu cælum, Deum ipsum mouit ad pietatem. Et quò se verteret, tanto infortunio, tam certo vitæ periculo; tam acerba calamitate, feroq; turbine percussus? cuius fidem, opemque imploreret? Turris munitissimæ effosso imo in loco, quò nec leuis lucis trarectio, radius nec exiguus penetrabat, tenebatur in custodia; immanes vinciebant compedes; excubias satellites agebant diligentissimè, hostis feritatem lenire, barbaris flectere, clementiam exorare nullo accessu facto, omni intercepto aditu, insanum videbarur; diuinum Aemiliano, diuinum tantum patebat effugium. Ergo clementissimam Dei parentem Virginem, cuius in mortales, pietatem nouerat aliorum calamitatibus insignem ad ferendum eo in discrimine auxilium compellat; hanc tanta fluctuum penè obrutus tempestate aspicit Cy-

276. *Declamatio trigesima quinta,*

nosuram, & corde magis, quam ore mistis lacrimis precibus ita affatur: Cætorum regina, cuius in miseros, qui tuum nomen implorant, auxiliumque deposcunt, semper benignissimè patuit liberalitas, quæ afflictorum perfugium; quæ nocentium pariter, ac innocentium patrona, quæ omnium parens prædicaris; age' clementissima, humanissima Virgo ne mihi omnium mortalium miserrimo, hoc vitæ, & animæ salutis discrimine tuam opem imploranti desis, serua extrema calamitate periclitantem; seruum tuum perfugam æquissimum, nunc ad te redeuntem complectere Domina, tuere clientem patrona, filium ne desere parens. Quid expectatis Auditores? Vehementem vim orationis, ò iaculum, ò fulmen; perculit illa Aemiliani vox aures diuinas. Vix enim Dei parentem exorauit; vix vota pro salute nuncupauit, cum Virgo splendidissima luce circumfusa affuit exoranti: Erat illa candido firmate, lucidis fulgoribus intermicante, cælesti maiestate spectabilis, diuina oris a deo veneratione conspicua, vt Aemilianum ad huiusmodi spectra nouum incredibili admiratione, compleuerit, terruerit maiestas, diuinus ille fulgor oculos hebetauerit. Itaq; Virgo tacito primum numinis illapsu pectus attoniti recreat, tū verbis alloquitur, solaturque mærentem. Hic ego diuino impar alloquio, supprimo diuinas illas voces silentio, quas infirma mens hominis concipere, cogitatio complecti, memoria sepere, nec blasa bambalionis lingua posset efferre. Tum vero confringit compedum vestes, catenas dirumpit, soluit manicas, præbet claues, quibus

De Hier. Aemil. spirit. Genethly's. 277
bus occlusissimi carceris postes recluderet cælitus deportatas, omnique cura, omnique hesitancia liberatum relinquit. Ille, qui primo mentem vana phantasmatis larua deceptam verebatur, iam certus visionis, certus miraculi, certus cælestium clauium contrectatione accepti beneficij, prouolutus in genua, gratias agit diuinæ bonitati immortales, tum læto, erectoque animo fera illa barbarorum hostium crudelitatis instrumenta locupletissima, & captiuitatis, & diuino miraculo partæ libertatis testimonia Deiparæ Virginis, de immanissimo hoste victoriæ manubias, preciosum clauium donarium, ad diuinam prædicandam erga infelicem, bonitatem humeris componit, & referatis facillimè foribus egressus è carcere, feminudus, solo indusio contactus restat; Taruisum contendit: Sed ecce vt insignius miraculum, nobiliusque beneficium concessæ libertatis virgo testaretur, fugam iam atripienti inimica se produnt castra, vbique galeatos milites, vbique hostiles turmas, vbique excubias vigilantissimas, aciesq; in armis esse contemplatur, omnia armorum fulgore horrere, hostium fremitu circumsonare. Quid hic humani inops consilij Aemilianus? Iterum cælestis Virgo imploratur, illa supplicatur enixius, vt ceptum compleat, beneficium beneficio cumulet, illa quæ è carcere eripuit, ab inimicis nunc castris incolumem vindicet, ne deserat. O rem omnium vobis æternis monumentis, ac prædicatione dignissimam. Aduolat illicò in auxilium Virgo; manu apprehensum, occæcatis hostium oculis permedias armatorum turmas, circumspiciente singula
 agmi-

✱

- DIRUMPTIT CATENAS
- SOLUIT MANICAS
- PRÆBET CLAVES CÆLITIUS DEPORTATAS

Pater Aemiliani

✱

→ PRESSO PER MANO

④ { Libent. A. S. Ant. = Angelo !
 Libent. de proba = Virgo !

non dicitur
 proclama
 us nris
 TAS rito

① moti. h. p. a. n. a.
 sel. Matella

PARRSONS CAN
 S. P. 176 IN CARCERE

278 *Declamatio trigesimaquinta,*
 agmina Aemiliano, caltra, tentoria omnia com-
 modè perlustrante, deduxit diuinis instruens al-
 loquijs per viarum cōpendia, & Tarnisij ad mœ-
 nia mira quadam dulcedine recreatum dimisit.
 Quid hic primum ego celebrem auditores; quid
 admirer? Miraculi magnitudinem? fuit illud in-
 signe; fuit magnum, diuinum. Video in Aemi-
 liano Apostolorum Principis, cum Hierosolymę
 crudelissimi Herodis feritatem Angelico auxi-
 lio euasit, miraculum renouari; illam mihi refero
 faciem deploratę captiuitatis, parem hostis trū-
 culentiam depingo, vinculorum diritatem, acer-
 bitatem carceris, vigilem custodiam ob oculos
 pono. Attamen habeo, quod magnificentius
 de hac Aemiliani prædicem diuinitus patefacta
 carceris egressione. Ibi diuino iussu catenę è Pe-
 tri manibus prolabantur, hic compedes laxan-
 tur; ibi ferrei aperiuntur postes, hic aditum cele-
 stes clauis patefaciunt, ibi armati custodes elu-
 duntur, hic galeatę acies, ibi fugę comes diui-
 nus, hic dux diuina: sed hoc vno, hic licet pro-
 clamare maiorem in miraculo dignitatē, quod
 ibi miles Angelicus; hic Virgo deiparens, cele-
 stis Pallas, cœli imperatrix effringit vincula, re-
 ferat postes, eludit excubias, sospitem deducit
 Aemilianum ad suos. Verum quod ego hoc tan-
 to libertatis adeptę beneficio esse iudico prædi-
 candum, illud est; quod dum sibi, dum suis di-
 uinę humanitatis indulgentia conseruatum, ac
 restitutum Aemilianum celebros, dum celesti be-
 neficio truculentissimo ab hoste ereptum pronū-
 cio; eundem etiã veram in lucem ingressum, hoc
 est sibi, nobis, Deo natum esse existimem dicen-
 dum.

De Hier. Aemil. spirit. Genethlijs. 279
 dum. Quas enim Aemiliani in pectus iniecit di-
 uinus ille Virginis aspectus, dulce colloquium,
 officiosus contactus flammis charitatis, quas
 tenebras dispulit mentis, quam animo instilla-
 uit sententiam, quam doctrinam edocuit; quos
 igniculos excitauit ad magnos pietatis conatus,
 quos stimulos, quas faces admouit? Natalis ve-
re, natalis ille fuit dies Aemiliano, quo diuino
miraculo è carcere patefactus est egressus; perie-
rat, nisi perisset Aemilianus, eo primum die, qui
 humana libertate fuerat vitiorum, cupiditatum-
 que seruus, in captiuitate fuit liber; iam seruam
 libertatem cum libera seruitute commutauit;
 iam Virginis triumpho in senatu probitatis, pie-
 tatis, religionis capite sedet pileato: iam, ela-
 rius dicam, vitam ducit nouo conceptus fetu;
 nouo exortus natali, vitam, inquam, dum sui
 iam compos humana eiurata militia, abdicatis
 opibus, nuncio patrię dignitatibus remisso; Deo
 viuere incepit; Etenim vbi diuino Virginis be-
 neficio, simul è tenebris dirissimi carceris, & men-
 tis se emerfisse cognouit, aliam ingressus vitę, &
 militię rationem, se totum Deo consecrauit; &
 primum quidem tanquam nouum tyrocinium in-
 stituendum esset, à rebus omnibus humanis co-
 gitationes auocare, despiceret cum splendore
 familię patrię dignitates, subducere se ab ho-
 minum societate, cum Deo continenter diuer-
 sari, certam morum, temperantię, continentię
 sibi ipsi normam, legemque præscribere tanto
 studio, animique conatu incepit, vt breui con-
 cepta in corde diuini amoris scintilla, immensū
 in ignem adoleuerit, qui non illius solum pectus
 depa-

280 *Declamatio trigesima quinta*

de passus ad magnos pietatis conatus inflama-
uit, sed aliorum etiam pectora Sylvarum veluti
vicinia peruasit. Hinc paternæ facultates protin-
us diuenditæ, profundissima liberalitate in pau-
peres dilapidatæ, & penitus exhaustæ; hinc pau-
per pro Christi amore factus nõ stipem emendi-
care, non precariè in diè aliorum opibus visita-
re, sed labore, sed quæstu, sed manuum opificio;
hinc pauperum pupillorum parens, & nutricius
officiosus, sedulus in Nosocomijs verna, omnium
egenorum perfugium, laborantium, & grotantium
certissimum præsidium, pauperum decumbentium
præfica illicò euasit. O diem illum vere geneth-
liacum Aemiliano, quo ferrea vincula duorum
dire bacchantium hostium, Germanici, & tarta-
rei Ducis reuulsa, dignum solemnibus factis, di-
gnum publica omnium vestrum gratulatione. Et
quod maximè celebrandum est, talis, ac tanta
fex pietatis Christianæ catholicæ religioni emi-
cuit eò tempore, quo perfidorum hæresis in Ger-
maniam, Pannoniam, Galliam, Angliam florenti-
ssimas prouincias debacchata, Christi seruato-
ris Ecclesiã omni decore, & ornamento defæda-
ret, sacras disturbaret aras, sacramenta pollue-
ret, templa demoliretur, sacra omnia rapinis, &
incendijs euerteret. Emerisit nempe inter claros
pietatis antistites, qui contra impurissimorum
hominum conatus, conceleratorum furorem, per-
ditorum audaciam, religiosis vitæ institutis san-
ctitatis, pietatis, religionis palæstras illas exci-
tarunt instructissimas, in quibus, qui decertarunt
doctrinã, vitæ probitate, sanguine ipso pristinum
Ecclesiæ decorem factum, tectum conseruarunt;

Emerisit

De Hier. Aemil. spirit. Genethlijs. 281

Emerisit inquam Aemilianus, qui quantum alijs de
doctrinæ laude concedit, tantum pietatis conten-
tione, tatum egregijs diuinæ charitatis facinori-
bus, tantum a cæuosis virtutibus, cum iisdem de glo-
ria, & dignitate decertat. Vos hic appello pupil-
lorum greges, quos humano præsidio destitutos,
palantes flagrantissima Aemiliani charitas con-
uocauit, officiosa aluit pietas, pia conuestiuit
nudos sedulitas, erudiuit disciplinis, ornauit ar-
tibus industria; Vos hic appello tot exædificata
pupillorum Xenodochia; Vos sacra post lapsum
penitentium mulierum conclauia, quæ incensa
Aemiliani charitati, vestra omnia commoda, &
ornamenta accepta debetis. Hic primum Vene-
tius in patria, bellicæ virtutis gloria clarus sui ad-
mirationem excitarat, spemque maximam iniece-
rat rerum præclare gerendarum, iam honestissi-
mis auctus donarijs à Senatu, quod acris defen-
sione, vitæque discrimine propugnarat, sed ubi
se humana militia, & muneribus exauhorauit,
pietatis celebritate illustrior, pijs actionibus cla-
rior, magis omnium in se oculos conuertit, adeo
ut qui spretis patriæ dignitatibus, deposita præ-
texta; neglecto lato clauo, reiecta nobilitatis
toga obscurus inter pauperes haberi, & esse vel-
let, nobiliores gloriæ radios, lucem amplio-
rem euibrarit, humanamque gloriam obruerit diui-
na; ea prorsus ratione, qua solis splendore stella-
rum lumina obscurantur. Nam cum in patria
generis nobilitate domestica gloria clarus, opum
affluentia, egregijs in re bellica actionibus con-
spicuis in omnium ore; oculisque versaretur, pro-
tinus pannoso leuidensi sago, rudibus peronibus
for.

282 *Declamatio trigesimaquinta.*

fordidatus, pupillorum stipatus agmine, ciuium oculos in se rapuit, cum in officinis pietatis mechanicam exercere, cum in Nosocomijs assiduam infirmis operam nauare, cum pauperum in pestilentia efferre cadauera, cum in magna annonæ caritate, fame enectas egenorum turmas alere est visus, quàm magnam existimatis sui admirationem primum, tum famam, opinionemque sanctitatis apud suos concepisse? Quid? cū egressus ab illis Adriatici maris æstuarijs, iam magno ardore diuini amoris pectore æstuante, erumpente in flammis ardentius oram Veneram, Togatam Galliam, & Insubriam perlustrauit, cum Parauij, Vicentiæ, Brixia, Bergomi, Nouocomi, Mediolani, Ticini, vbiq̃ue flagrantissimæ charitatis vestigia reliquit, easque faces iniecit, vt nunquam potuerint extinguī, vel leuiter consopiri? Libeat igitur, libeat hoc festo die iucundam illius diei primum memoriam reuocare, qua duplici seruitute immanissimorum hostium cælesti beneficio diuinitus emancipatus Aemilianus tam præclaram vitæ instituit rationem: libeat hunc genethliacum Aemiliano vobis P. P. qui eiusdem vestigia pietatis ingressi, eodem classico præcinente, eodem attollente vexillum, nobilissimæ adscripti tesseræ, cælestis militiæ sacramento addicti stipendia facitis diuina, fausta acclamatione gratulari. Hoc enim primo die lux illi, fax vobis ea est oborta, quæ ingentem, admirabilemque exulit splendorem sanctitatis. Age Aemiliane sanctissime, hæc tibi prima nascentis dicantur à pueris clientibus crepundia, hunc primum factum diem tuo consecramus, quo

De Hier. Aemil. spirit. Genethlijs. 283

quo Deo es exortus natali, primis pietatis incubulis concedimus, hoc primo Olympicorum dierum, qui tuis fastis deuouentur, certamine. Tibi nouam, & veram lucem auspicanti gratulamur, & quod maxima hunc cumulat tuum natalem diem felicitate, cœlorum reginam, Dei parentem, ipsam orbis Dominam, dum diuina gratia, dum dolor te in illo tetra carcere cœlo pariunt, tam insigni miraculo fuisse obstetricem gratulamur.

D I X I.



Habita est in Collegio Ticinensi
Patrum Congregationis de Sordis eius 1620
quod a Patribus obcurat sunt benemerenti Fundatori auxessoriae ferre

De adulta eiusdem sanctitate vitæ.

Declamatio trigesima sexta.

(Pavia 13. Martii 1620)
QVIDEM si ex primis diei Natalis auspicijs consequentis vitæ progressionem licet animo diuinare, aut ex vnius euentu, anticipatione quadam mentis illius, qui primam est auspiciatus lucem, magnitudinem gloriæ prælagire, & felicitatem; non vereor, quin externa lectissimi adolescentis oratio, quæ Hieronymi Aemiliani natalem diem exornauit, eam vestris animis impresserit de eiusdem egregijs actionibus opinionem, vt nihil, aut rerum magnitudine præstantius, aut copia vberius ab eloquentissimo quouis Oratore dici posse existimeris. Et enim diuino miraculo insignem sanctissimi hominis natalem diem, hoc est admirabilem conuersionem, splendida, vt par erat, & culta oratione exornauit, vt mihi consecuta ætatis res gloriosè gestas percensere aggredienti magnus ex præfensione illa vestra labor esse propositus videatur, cuius dicendi infantia minus omnium expectationi, non in exornando, sed castè, sincerè; exponendo adultam Hieronymi ætatem magnis studijs, & officijs cumulatam, respondit. Vereor NN. ne me vox, ne latera, ne ipsa oratio deficiat, si rerum dignitati, & copiæ, si contestatæ famæ, & celebritati, si conceptæ vestrum omnium, quorum nondum est aures externæ diei oratio præteruecta, opinioni
satis.

De adulta Aemil. vitæ sanctitate. 285
satisfacere conabor. Et si enim illa, quæ amplissimus heros vir sanctissimus trophæa erexit posteritati, magna, excellæque facinora, vel nouitate inaudita, vel pondere maxima, raritate illustria, candidè, simpliciterq; dicenti afferre non tam copiam, quàm splendorem possent, valde mihi tamen pertimescendum esse existimo, ne non mihi oratio, sed ne ego deesse videar oratione. Itaq; vnum hoc æstu laboranti apertum esse video, humanitatis vestræ perfugium, quo mediocriter recreatus conabor susceptum dicendi munus hoc secundo Aemiliani factorum die pro viribus sustinere. Et quoniam ille, qui faustissimam hanc primis gratulatione est prosecutus celebritatem inuentis vitæ spiritualis exordia, & prima veluti incunabula, insigni miraculo conspicua, satis habuit exornanda prosequi, ea ego nunc persequar, quæ admiratione, & commendatione dignissima perfecit, vbi probitate, & sanctitate adoleuit. In quo ita versabor, vt cum omnia perstringere, ne dum percensere, & singula exornare ob rerum multitudinem & magnitudinem non possim, pictorum industriam sequar, qui exiguæ tabulæ spatio, cum integras multorum corporum imagines nequeant referre, præcipua lineamenta, & apicum adumbrationes graphicè adeo; bellèque exprimunt, vt vnus oculorum coniectus omnem eorum partium, & corporum simetriadem perlustrat. Verum antequam ea, quæ laudabiliter in suscepto vitæ instituto gessit, præclare in studio diuinæ charitatis gloriosè in diuinæ militia, in qua humana ciurata, stipendia fecit amplissima, narrare aggrediar.

286 *Declamatio trigesimasexta,*

de educatione, seu nouæ militiæ tyrocinio, dicendum mihi est, quæ quò nobilior, & clarior, eò illustrior ea esse declarabit facinora, quæ à tanto heroe profecta, à vobis commendatione, & admiratione dignissima prædicantur. Atq; cum primum tenebricose illo in carcere diuinæ lucis radios hausisset, & Dei parente Virgine obstericante, vitæ concepisset afflarus, bellè adeò celesti illo gratiæ semine ad charitatem, & pietatem Aemilianus animus est conformatus, vt incredibili quodam impetu nouus homo emerferit; tanta verò celeritate, vt quemadmodum illi ipso conceptionis articulo, siue Cæli influxu, siue naturæ indulgentia, quæ formatrici virtute vim impresserit potentior, vegetam, solidam optimo qualitatum temperamento complexionem nacti, admirabili celeritate adolescunt: Sic prorsus Aemilianus, qui pietatis semina, & diuina elementa virgineo Dei parentis alloquio hauserat fecundissima, gyganteo adoleuit more, & insolita ratione euasit infantiam, vt iisdem propè progressionibus ephæba excefferit ætate, omnibusque viribus confirmatus, solida decoxerit alimentum probitatis. Nam animo protinus ab humanarum rerum curis auocato, incredibilis morum, & naturæ facta est commutatio; efrænis illa, quæ identidem animi arcem, rationem magnis conatibus arietat, & prosternit, honorum, & dignitatum ambitio repressa est, extincta diuitiarum immensa sitis, sedata domestici splendoris, humanæ gloriæ cupiditas, studium laudis, consilia omnia bellicæ virtutibus deposita: tum procaz oculorum petulantia, efferuescentis

ani,

De adulta Aemil. vitæ sanctitate. 287

animi perturbationes, quæ à prauis cupiditatibus excitantur, iracundia in offensionibus, in temperantia in voluptatibus retusa, omnes illæ animum titillantes illecebræ, quæ mentem prorsus infatuant, & à celestibus cogitationibus abalienant, magno studio, & conatu amandata. Itaque quantum antea, dum humanæ gloriæ specie captus militiam exerceret, vel voluptatibus impenderat, vel inanibus curis concesserat, quantum blandimentis cupiditatum, tantum salubribus æteræ vitæ consequendæ cogitationibus, tantum continentiæ, pietati nouam aggressus viuendi rationem, consecrauit. Non hic ego singula recensebo, urbanas omnes delicias prorsus neglectas, secessum à socijs, ab amicis, solitudinis amorem, rerum cœlestium studium, Verbi Dei audiendi iniectam flagrantissimam cupiditatem; non ego inquam hæc, & alia propono, quæ de præclara ad pietatem Hieronymi institutione magnificè dicerem, & copiosè: Nam optimum vitæ institutorem nactus Ioan. Petrum Caraffam, virum illum, qui ad summi sacerdotij fastigium euectus est, ea concepit animo cœlestis disciplinæ præcepta, eos induit mores, eas hausit probitatis, & religionis sententias, quas vitæ ille spectatissimus, cui se conformandum dederat, non doctrina, non colloquijs solum, sed vitæ innocentia, pietatis exemplis potuit instillare. Illud vestra est dignum attentione, Audit. breui adeò tempore in pietate profecisse Hieronymum, vt iam tum magnus aliorum institutor haberi posset; bellum cum vitijs suscepèrat acerbissimum, nec vllam gloriosorem victoriâ esse iudicabat

T 2 ca,

288 *Declamatio trigesima sexta,*

ea, quæ omnem ab animo vitiorum stationem demoliretur, fibrasque conuelleret. Quare eò omnes animi nervos, viresque protinus intendit, vt effrenes illas cupiditates compesceret, quas naturæ propensione assuetudo coniuncta propè natius perfecerat; cum his pugnaciter adeò, acriterque est oblitus, vt prorsus ab animo profigarit. Quid multa? Erat Aemilianus feroci, præferendo, contumaci ingenio; militaris disciplina illud etiam efferauerat, vt contumacissimus, in omnes petulantissimus haberetur; hanc animi ferociam incredibili quadam contentione virtutis domuit, ac fregit, vt mansuetudinem ipsam, mitem adeò animum, & æquabiles mores induerat, dixeris euasisse. Huius admirabile facinus proferam, tam insigne, tam illustre, vt Veneram Urbem illam frequentissimam in sui admirationem rapuerit vniuersam; In ipsa ciuium frequentia, toto circumspiciente foro, dum frequentissimi essent ciues; sub omnium ferè oculis perpetratum. Obambulabat Aemilianus in area illa ornatissima, apud D. Marci templum, & desque senatus elegantissimis edificijs, porticusque instrata, nobilium more, qui eò stans horis conueniunt; Hic fortè incidit in hominem summa proca citate, & petulantia nobilem, cum quo mercaturæ quædam negotia habebat communia, dū nepotis ex fratre demortuo, procurationem nauiter tractaret; cum ergo dati, & accepti rationem familiariter inire incæpissent repeteretque Hieronymus quædam, quæ sibi ex sui rationibus deductionibus deberi, non incertis argumentis confirmabat; audacissimus ille protinus cum in-

digna

De adulta Aemil. vitæ sanctitate. 289

dignatione, & stomacho pernegare, excandescentes iracundia, iurgijsque la cessere, contumeliasque egregiè onerare, furere, verbis minantibus prouocare Hieronymum incæpit, eòque petulantis procacissima illius hominis audacia, deuenit, vt depile se mentum conuulsione barbæ facturum, sit improbissimè comminatus. Expectabant illi, qui insignem hanc contumeliam audiebant, nouerantque Aemiliani ingenium: difficillimum ad tolerandas iniurias, ad viciscendum pronum, impudentissimum illum non fustè contunderet, non sic confoderet, sed malè acceptum, dentibus discerperet totum, ac dilaniaret; Sed ille, (ò egregium mansuetudinis, & tolerantia exemplum) cum impurissimo nebulone, non audacia, sed modestia, non petulantia, sed pudore, non furore, sed clementia, sed humanitate decertauit: Audite incredibilem tolerantiam, inauditam animi lenitatem nobilissimi viri, magna fori frequentia, magni nobilium conuentu ab homine nequissimo iniurijs affecti, insignem moderationem: importuna illa furentis nebulonis oratione, nihil commotus placido vultu, vt insania furentem leniret, quasi non de iure, sed de virtute contenderet, exporreto mento aduersarij libidini, pilis exarmandum concessit; si libet, inquit, & Deus id iubet, exequere. O benè auspiciata pietatis tyrocinia, ò præclara christianæ disciplina rudimenta. Magnum, auditores; grauem, à quocunque inferatur, nec egrè, nec acerbè, iniuriam perferre; maius cum possis, non vicisci; maximum clementia, & lenitate morosum aduersarium,

290 *Declamatio trigesimasexta,*

rium, ac molestum, insolecentem moribus, audacia proiecsum, petulantia effusum sustinere: quid furor, & insania debacchantem non repellere? quid in magna offensione, ardore vindictæ feruescente non commoueri? quid audaciz, impudentiz obrectatoris minaciter insultantis tanta animi mansuetudine, facilitate concedere? in ipsa iuuentute bellator, natura ferrox, magna animi excelitate præditus, virtute commendatus, egregijs factis clarus, in florentissima Republica, nobilitate, domestico splendore, honestissimæ famæ celebritate conspicuas, ab impudentissimo homine verbis proscinditur, iniurijs oneratur, minis impetitur, & non solum pacato, sedatoque animo obrectantem patientissime perfert, sed sustinet contumeliosè comminantem. Bone Deus, hominem perfidiosum, qui fidem frangere, pupillum fraudare, societatem lædere conabatur, æqua iuris contentione, vir nobilis abstinencia integerrimus, probus improbum, impudentem pudens, furentem audacia, scelere, periurio flagrantem in iurgijs, in minis honestissimus patitur, tolerat facinus tam audax, tam impurum, tam scelestum? Quos ego nunc Socrates, aut Phociones non contemno, eruditos illos, & diù in Philosophia versatos, si cum inerudito, & indotato tyrone conferam Aemiliano? consulto ego istos philosophos comemoro, qui magnam celebritatem nominis apud ethnicos homines obtinuerunt, ut certam, de Aemiliani præstantia, virtutis coniecturam faciatis, quam huiusmodi exemplis & cum alijs euangelicam disci-

pli-

De adulta Aemil. vita sanctitate. 291

plinam edoctis sanctissimis viris conferendus; qui dum prima hauriret pietatis præcepta, eò peruenit fastigij, & dignitatis Aemiliani tolerantia, mansuetudo, ut celebres philosophos magna virtutis contentione superarit. Hæc prima fuerunt delibata præclare gymnasticæ tyrocinia: cogitate vos, quibus gradibus rectâ perexerit rã sublimi anticipatione ad magnæ, solidæque fastigium virtutis; nam si ego eas commemorem actiones, quas ille, dum prima iaceret fundamenta pietatis, memorabili charitate perpetravit, ut singulæ iustam expostulant laudationem, ita mihi nullus esset patefactus exitus orationis: summa decerpam, & aliqua ex multis delibabo, quæ tamen huiusmodi sunt, ut omnem vincant opinionem; heroica sunt omnia, quæ de Hieronymo adhuc in gymnastica versante, facinora celebrantur. Et quidem studio charitatis ita est incensus, ut non æstare, sed ardere videretur, nullumque esset tam arduum, tam molestum munus, ad quod subeundum beneuolentia in amicos, studium in familiares, pietas in affines, amor in propinquos, charitas in alienos propelleret, quod ille non libentissimo animo, tamquam suum munus susciperet exequèdû.

Reperite, quamquam funestam, insignis illius calamitatis memoriam, quæ anno MDXXVIII. Italiam, nostrorum scelere vindex, afflixit vniuersam; cum acerbissimum bellum, quò tota deflagrauit, extrema annonæ caritas excepit. Recordamur, & vehementi animi dolore recordamur, quoties illius tempestatis expressam imaginem in historijs repetimus, nullam vnquã acer-

T 4 bio.

292. *Declamatio trigesimasexta.* **Q**
 biorem, nullam tristiorem post hominum memo-
 riam procellam defauisse: ea enim agrorum ste-
 rilitas, tum caritas annonæ, deum inopia, ci-
 uitates deformauit, ut passim fame enectorum
 hominum, caduera, fædaque busta cernerentur.
 Nec vero ingens hæc calamitas tenuiores inua-
 sit, oppressit, sed ditiores, quorum ampla lati-
 fundia communi cæli intemperie penitus inarue-
 rant, & refertissima horrea tam diuturna cala-
 mitate defecerant. Sed eo grauius, & acerbius
 illa tempestas retruduit, cum pestilentiſſimo de-
 inde morbo grassante mortem ipsam æquè in vi-
 lia, & summa capita habuit debacchantem: for-
 diſſimum enim morbi genus, post annonæ ca-
 ritate, siue in summa tritici inopia, ciborum
 prauitate, siue cæli inclementia excitatum inua-
 luerat, ut pesti, persimile, ubique grassaretur. Ita-
 que mœstissima, ubique facies, decumbentium,
 ubique luctus, ubique funera efferebantur; pu-
 blicis in nosocomijs, tum priuatis in ædibus mul-
 tudo languentium calamitatem efferabat. Hic
 ergo amplus est campus Aemiliani tyrocinio pa-
 tetactus. Hic area exercendæ charitatis. Hic
 circus, cum vitijs, quibus iam bellum acerbissi-
 mum indixerat, confligendi. Nam ille, diuini
 amoris igne iam pectore æstuante, non potuit
 egenorum fame depereuntium faciem, calamit-
 tosum illum interneeionis aspectum diutius su-
 ſtinere; sed rei domesticæ profusor factus, hor-
 rea priuam refertissima, perinde publica rei fru-
 mentariæ; plebisque alendæ cura illi fuisset de-
 mandata, erogauit in stipem, tum pecuniam ſi-
 gnati argenti, calatiquæ auri copiam omnem,
 quam

De adulta Aemil. vitæ sanctitate. 293
 quam dñmi, quam in nominibus, quam in ne-
 gorijs, aut sepositam haberet, aut in quæſtu, ef-
 fudit. Tum amplam supelleſtilem, aules orna-
 tiſſima perizomata, puluinaria, serica conopæa,
 quidquid ad luxum, & splendorem domesticum,
 quo in Venera regione nobiles ciues maxime de-
 lectantur, diuenditum, proluxa munificencia in
 pauperes alendos, dilapidauit. Vt oratione hoc
 verbo; auditores, ut profuſiſſimam Hieronymi
 nostri rex primam in pauperes largitatem, quod
 paternas omnes facultates, diuina charitate in-
 flammatus non effusor erogare, sed profusor dis-
 pendere videretur. Accipite egregium hoc etiam
 facinus vestra hoc attentione digniſſimum. Solent
 tum nobiles, tum ciues Veneti vrbanam, quam
 gerunt togam hyberno tempore, pretioſis pelli-
 bus, quæ arcendo frigori, vestitusque otinuat
 inferuiunt, subregere: hanc zona constringunt
 pereleganti, vnde quaque bullis solidi argenti
 Phrigionis instar phalerata. Hieronymo, dum
 Deo iam gyganteo more adoleſceret, hæc fortè
 conuestito pauper occurrit; stipem rogati miseri
 indigentia, seminudum in summo frigore cor-
 pus, macies oris, & pallor perorabant. Hic Hier-
 onymus, qui diuinos hauserat afflatus, illic
 vehementi percelli sensit pectus pietate; nihil
 tamen pecuniæ, quam præberet, suppetebat,
 siue iam totam, quam secum deferret in alios
 eo die erogasset; siue in domesticos sumptus in-
 sumpsisset. Quid tum? in donatumne stipe pau-
 perem, ut solent alij, pacis appreciatione dimi-
 ſit? minime vero. Iam intus in pectus peruase-
 rat diuinæ flammæ charitatis, infelicitis cuiusq;
 aspe-

294 *Declamatio trigesima sexta*

aspectus piū cor Hieronymi non diuerberare, sed arictare solebat.

Quid igitur exoluit protinus cingulum; illud misero illi esargitur; Accipe, inquit, tuum hoc est, non meum. O pietatem, o animum iam Cælum, iam Deum totum anhelantem. Deinde nos comitia ingressus, tamquam gymnasia, & opportunas exercendæ pietatis palæstras; cepit accuratissimo, & assiduo famulatu infirmorum sedulam curam suscipere. Ille sedulus assidere decumbentibus, colloquijs recreare, viam morbi suavissimis orationibus lenire, cibaria apponere, propinare pharmaca, leuculos sternere, fordes eluere, ventris eiectionem exportare, euertere reumata, vile quodcumque, ac neglectum pensum tanto studio, animique conatu obire instituit, ut non omnium solum in sermone, in verbis versaretur, sed planè incredibilem sui admirationem excitaret, cum talem, ac tantum virum, vsq; eò despectū pijs illis muneribus obeundis contemplantur, ut Vespillonis (adeò diuinæ charitatis ardore deflagrabat) etiam partes occuparet. Vidit Aemilianum, auditores, vidit Veneta ciuitas vniuersa communi illo marore, & luctu eorum caudera effertentem humeris, qui fame, vel morbo enecti, ob inopiam à priuatis rebus, ob multitudinem à publicis nosocomijs exclusi, vicis expositi miserimè animam exhalant. Vidit flagrantissimas illas faces pietatis, cum priuatum horreum frumento, cum argento arcam, cum domum suppellestiale exoliaret; & in pauperes alendos profunderet; Vidit; & digno commendata præconio, cum tam

præ-

De adulta Aemil. vitæ sanctitate: 295

præclara, tam illustria pietatis facinora; in amplissima totius Veneri Senatus panegyri egregius orator Spathasora æternitati commédauit. O insigne tyrocinium; o præclara pietatis rudimenta, o animi, o consilij commendabilem anticipationem. Quid non postea admires in Hieronymo; si ipsa in gymnastica dum versaretur, egregiè adeò exercitatissimi athletæ anteuertit virtutem? si vitia protinus omnia debellauit? si omnes eorum reliquias primo conatu, tam facile cōfecit? Iam vero, ut ad ea proficiscatur oratio, quæ non in palæstra, sed in arena, non in umbra, sed in puluere, sed in campo magnitudine maxima, multitudine penè infinita perpetravit facinora: adeste animis, NN. Hoc igitur vbi Hieronymus institutū vita est ingressus laboriosum, & abdicatis omnino rebus humanis, eiuratis voluptatibus; & profanis negotijs, cepit omnes in diuina pietatis munera, animi conatus intendere, eò cogitationes, consiliaq; referre. Deumque vocentem sequutus, latum clauum deponit, soleas cum rusticis peronibus commutat, oleserica cum lacerna, cum lineis lanea; omnibus neglectis, & dignitatis, & nobilitatis insignibus, domesticos lares magno affiniū træore, & luctu reliquit. Hic ego duo mihi, NN. propono Aemiliani nostri è paterna domo omnibus abdicatis facultatibus, professione, & rara, & inaudita, quæ non magnā solum animi constantiam, & peccatoris diuino amore astuantis ardorem declarant; sed facinus planè heroicum, aliorum comparatione præclarum, addam etiam aliorum contentione, maius prædicent; & admirandum. Affinium

nium merorem, & lachrymas, quibus ille animum non flexit; Indignationem eorundem alterum, quam ille constantissime sustinet, & incredibile virtute perfregit. Concipite vestris animis domesticum squalorem, concipite luctuosam faciem, concipite merorem, cum sordido illo apparatu profectionem adornantē viderent; quæ tunc nepotum lachrymæ, cum non patrum, sed patrem suum diuelli prorsus cognoscerent? quæ preces, ut fleerent, quæ obtestationes, ut retinerent? Ita ne dicebant afflictos, & squalentes deseris nepotes? ergo tam acerbam patriui perferemus orbitatem, ut viventem, nobis defunctum sentiamus? longè grauius nobis hoc est funus ingemiscendum, quam parentum, quibus iam merore, & lachrymis parentauimus. Ita ne destituis non iam patrius nepotes, sed filios patrum? iacere permittes in merore, quos è squalore in parentum funere, ut eriperes, tantum hactenus desudasti? Per illam te pietatem Patruæ, quam animo concepisti, per illam fidem, per illum te amorem obtestamur, quos tuos hactenus sanctissime coluisti, serua te nobis domesticis in laribus, & patrum, & parentem. Hic erit etiam pietatis exercendæ campus. Hic magna tibi area patefiet diuinæ Charitatis exercendæ, si familiæ, si domesticorum sustinueris splendorem; si tuos opera iuueris. Hæc illi effusis vberim lachrymis ipso in limine dexteram prensantes, laciniâ violenter comprimentes. Cæterum Hieronymus immota veluti cautes, lachrymarum illas vndas, fluctusque querelarum excepit, iam illi diuina spiritus cera obduxerat aures, ne sy-

rena-

renari cantus obaudiret; iam pectus Aegide constanti firmissimè obarmarat; iam penitus ex corde exhausterat; perditum humanæ sensum omnè plebetatis, diuinumque infuderat. Non desero, inquit Hieronymus, quos satis foui patriui clientela, vestra vobis iam satis, quæ humana sunt, confirmaui, diuina mihi iam stabilienda relinquuntur; aliò vocor; indignum est humanis diuina post habere. Quod deinde spectaculum exitimatis, Auditores; fuisse illud affinium indignantium Hieronymi illam voluntariam sordem, & constanti pectore sustinentem Hieronymum videre, turbines illos calumniarum, & obiurgationum saua tonitrua. Vah perditum caput increpabant alij; Proh deploratam hominis stultitiam, familiam maiorum gloria, & serie illustrem tanta ignominia notare? Tu ne illo sordidatus habitu per Urbem incedes istam, in qua nobilissima, & antiquissima familia Aemilianæ in omnium oculis, & sermonibus, maiorum iam celebritate commendata versatur? ergo tua hac tanta stultitia sibilis, & sannis exponetur? tua nobis hæc perditissima insania aditum ad dignitates, ad magistratus intercludet? An nescis vni ex familia inconsulto facinore, vnius labe totam affinitatem, ac gentiles in prehensionibus, in petitione dignitatum, in suffragijs maximum in discrimen vocari? Quid agis vecors tua, ne igitur hac vecordia, in vrbe florantissima Aemilianæ familia merens sola iacebit in situ, & squalore? Tuum hoc dementissimum facinus nos coget esse sordidatos? Si libet abdicare te sæculo, ut te libertate sine affinium offensa, deinde caput,

mo-

monachum age. An desunt religiosorum ordines, quorum aliquem, qui genio arrideat, professus sine tuorum iactura te totum Deo abdas? Te ne peronatum istis nos oculis, lacernosum, erronem emendicantem, stipem feremus in patria affines; in Republica nobiles ciues gentilem suum in cedere pannosum sinent? His illi acribus, cum emollire precibus haud potuissent, increpationibus impetere Hieronymum, decutere constantiam nitebantur. Verum quæ non flexerant lachrymæ, nec isti adeo vehementes arietes concusserunt; æneum iam euaserat, & ad amaranthi pectus Hieronymi, qui diuina corde coquebat consilia. Exardebat totus Hieronymus, & qui cœlestem iam sensum induerat, acerrimæ illæ suorum comminationes ne leuiter quidem illius animum pulsarant: occaluerat pectus contumeliosum, quin hoc pulcherrimum existimarat triumphum, anathema affinibus suis pro Christo esse. Hoc ille proposuerat, & altissimo peruiderat consilio, sæculi abdicationem, quod magis amicis, & affinibus inuidiosa, & ignominiosa videretur eò magis sibi proficuum, & Deo cariorem futuram, ac nobiliorem. Quid mihi dicebat affinitatem proponitis? quam ignoro, aliam anhelas. Quid familiam? quam recuso, ut in multo nobiliorem possim adscribi; quid nobilitatis insignia? quæ rejicio, ut illustriora affectem; quid urbem? quid patriam? in qua libentissimè inquilinus degere exopto, ut cœlestis patritius euadam; Quid mihi isthæc patriæ authoramenta obijcitis, in qua tandem velimus, nolimus, omnes peregrinamur. Proh insanas hominum cogitationes.

Agite

Agite velibet. Hieronymus nec affinis, nec gentilis posthac vester erit; nulla vos deinceps mea recordia, quam obiurgatis, infania, quam obijcitis; inconsultum consilium, quod damoatis; nulla vos mea ignominia, à quibus me sponte abdicauit, maculabit. Siccine Hieronyme perorabas? Quæ te ista subsellia Rhetorum docuerunt? O Christi amore inciratum pectus, O animum totum anhelantem Cœlum. Ergo ille, agente diuino spiritu, flammæque excitante identidem ardentiores Abrahama instar ex agnatione, & paterna domo egressus, suorum se ex oculis pannosus protripuit. Nobiliora ciuitatis templa adit protinus Dennotaturus, ut iam suum se mancipem, cui liberet, famulitio destinaret, ceram affaret, quam deligeret in diuinâ dedicatione, viuendi rationem. Hinc frequentioribus ciuitatis locis se illo amictu spectandum dedit. Qui hic, Auditores, in Hieronymum, sordido illo habitu, incedere primò visum, sermones? quæ dictoria? quæ iudicia. Risu alij, & cachinnis excipere, explodere manibus, pro demente habere; Admiratione alij attoniti, consilium intimius hominis, quem pietatis semina validissima viderant concepisse, & iam præclara exhibuisse argumenta non infans probitatis, perpendere; sublimem perfectionis gradum commendare; obrectare alij, exhibillare illam vitæ compositionem; dementiæ dare, & infaniæ. Verum Hieronymus, qui sponte, ut spectaculum sui faceret, frequentiora illa ciuitatis loca adierat, ut commendantium voces egro excipiebat animo, ita irridentium, & obrectantium sermones

li.

libentissimis auribus deuorabat. Videre mihi hic videor, auditores, Hieronymum medio in foro illo conuestitum lacernoso indumento, tamquã in theatro positum. Hinc Angelos è cœli specula, inde homines vnius in ora conuersos. Illos Hieronymi constantiam, dum se ludibrium pro Christo hominibus faceret, gratulari: Istos irridere insolitum aspectum: Illos adgaudere de triumphata ab Hieronymo mundi pompa, & fastu honoris, gloriæque humanæ ambitu: Istos indignari despectam nobilitatis prærogatiuam: Illos prædicare virtutem: Istos damnare, vt arbitrantur humana sapientes solum, infanientis hominis furorẽ. Adoleuerat Hieronymus, adoleuerat grandis natu, scilicet pietate Christianæ probitatis educatione. Qui enim in Nofocomijs non erubuerat depõsitam nobilitatis prærogatiua, agere vespillonem, dum lac pietatis eporaret, adultus sperto lato clauo se medicum haberi pro Christo erubescet? Sed qui mihi nunc aperitur campus laudationis, dum meditor Hieronymi vitæ susceptum institutum, post hanc perfectam omnium abdicacionem. Hoc habet sanctorum hominum vitæ abiectionis electio, & obscuritas nominis, ignobilitasque omni studio concupita, vt quò obscuriores esse studuerunt, eò demùm euaserint, humana etiam commendatione illustriores. Elegit Hieronymus, quam sequeretur in Christi militia, rationem prorsus obscuram, ignobilem, humanæ omnis expertem gloriæ; sed eò faciõra fuerunt clariõra, quæ in tanta obscuritate perpetravit, quò humanis oculis despectiora. Atque si quis per singulas vitæ partes, quam

quam pijs, sanctissimique homines, primi religionum ordinum institutores sequuti sunt, mentem circumferat, aliquid habent, quod speciosum humanis etiam oculis videatur, nec ita ea, quã inierunt in vinea Domini laboriosæ, & actuosæ vitæ, ratio, ab humana seiuncta est gloria, vt non aliquem sibi vindicet in hominum opinione, & sensu splendorem, auræque cuiusdam sæculi fastum habere non possit. Nam etsi nullam ipsi sanctissimi viri, qui cælum solum anhelabant, ab hominibus gloriã quærerent; etsi in honori hic esse vellent; at tamen ipsum vitæ institutum non prorsus habetur obscurum in hominum præfensione. At Hieronymus, cum Deo se totum amando sæculo consecrauit, quam inuit viam? quam? despectam, ignobilem, infirmã, laudis humanæ nesciam, ingloriam, obscuram; quam fastidiunt oculi, nescit laus, splendor politicus ignorat. Coniecit illicò oculos in calamitosos illos paruulos, quos parentum orbitas, rerum omnium indigentia ex peste, ex summa annonæ caritate relictas reliquias deploratissima calamitatis affligebat, qui vel passim in vicis, & comitis humo prostrati iacebant, vel per urbem miserimè perditii vagabantur ad stipem corrogandam; in hos conuertit oculos Hieronymus, & vberimum sibi campum hunc propositum arbitratus ad cœlestẽ metẽdam frugem, magna cura excolendum suscepit, & eò alacrius, quo maiorem patefactam aream videbat charitatis, quæ in Deum, in proximũ ardentissimè deflagrabit; eò ardentius, quò nullam sibi ea in re sæculum vindicare laudem, nullã humanæ auræ gloriã decer.

302 *Declamatio trigesima sexta,*

decerpere aduertebat. Totum id pietatis opus esse, quod pupillorum ex infima etiam plebe impenditur clientelæ. Obaudierat scilicet sanctissimus vir prophetam intimis in clamantem auribus, *orphano tu eris adiutor*. Hanc ille diuinitus immisissam vocem toto complexus pectore ita profundè in cor suum demisit, ut non derelictorum se nauum procuratorem, non vigilem custodem agere decreuerit, non solum tutorem, sed patrem proposuerit orphanorum. His sibi alloquentem Deum vocibus existimauit, dum meditati, quam iniret diuinæ seruitutis viam, calamitosa illa puerorum agmina occurrerunt. Vides ne illam squalentem fame, siti, nuditate puerorum cohortem? cernis, quam miserè omni ope destituta contabescat? quæ istis ad vitam sustentandam, quæ ad christianam pietatem educatio? ergo ita hæc in sordibus iacebit? En tibi æternæ gloriæ demerendæ campus, en palæstra virtutis, en area exercendæ charitatis. Age Hieronyme, quid mentem amplius in consilium vocas; quod sæculi abdicatione, Deo seruitutis, & pietatis officium præstes, quam eligas Dei seruiendi rationem? incurrit vltro, se se tibi in oculos gratissimus Deo famulatus. Horum quos vides parentibus orbatos pater esto, sive iacentes, alicuius industria afflictos, institue artibus, pietate, probitate infantes, paternam omnem curam suscipe; *pij hic, & amantis operam patris impende*. Sed quam benè exceptas diuini afflatus voces ab Hieronymo? non cunctatus ille; colligit protinus quot quot oculis contemplatur triujs expositos, ut se liberaliter alendos sequantur patrem,

inui

De adulta Aemil. vitæ sanctitate. 303

inuitat; lustrat intima vrbis latibula; quos reperit huiusmodi calamitate laborare, omnes accersit; conducuntur eedes; cõparantur, qui artes edoceant, magistri; instruuntur arcibus, instruuntur christianæ probitatis cum primis, ac pietatis præceptionibus, litteris erudiuntur, probis moribus informantur ab vno Hieronymo, aluntur, & è squalore illo educti, ad honestum nitorem aduocantur. O iucundum illud nouum spectaculû vrbis tunc Venetæ; ò faciem, ò gratum aspectum, cû primùm visus est Hieronymus Aemilianus inter patritios non secundus, clarus nobilitate, conspicuus factis, incedere inter illos puerorum choros, vexillo crucis præeunte; suaves psallentium voces excipere, quas Hieronymus totus in diuinis defixus, canere edocuerat? quam iucundum existimatis vidisse illos è sordibus ereptos fuluo amictu, forum ad stipem, templa ad supplicationem turmatim frequentare, comitante Hieronymo, qui illam Christo militiam adornabat? Quam gratum ingressum iudicatis in conclaue illud, quod suo agmini comparauerat Hieronymus? Nihil ibi, quod diuinum, quod cœleste non oleret oculis spectantium occurrebat; tota illa domus, in qua pupilli à Hieronymo in clientelam suscepti commorabantur, spirabat vel ipsis patrietibus pietatem feruebant scilicet manus omnium laborantes in operibus, diuinis laudibus inter operandum ædes dulcissimè personabant. Nouum, insolitum spectaculum, sed gratissimum; sed in Christiana Republica æquè sanctum, ac commodum ad Christi monita, ac præcepta prosequenda. Res hic postularèt ab Oratore, NN.

V 2 illu.

304 *Declamatio trigesimasexta,*

illustrem huius facti exaggerationem, ut amplificare susceptam hanc pupillorum pauperum institutionem, perficeremque dicendo, ut cognosceretis, quam opportuna Christianæ reipublicæ extiterit pia hæc instituta à Hieronymo puerorū orbitatem parentum ingemiscientium in paupertate educatio. Sed integram, ac iustam hoc deposcit iure suo orationem. Properandum mihi est aliò; qui adultam in pietate ætatem sanctissimi viri exornandam suscepi. Illud dicam tantum, Hieronymo tam præclaræ educationis in Italia institutori, in orbe verò restauratori deberi, quantum secum asferre potest laudis insigne principis Herois facinus, qui rempublicam à rapinis eripuerit, à sicarijs, & facinorosis hominibus expurgarit, præclaris opificibus repleuerit, & honettarum artium copia fecerit efflorere. Satis sit Hieronymum hoc instituto plurimorū iugenia, quæ opprimente paupertate emicare virtute minimè potuissent, erigere, ut egregiè excultra ingentes faces exerant aliquando; quamplures è fece educere, qui fordidati iacorent; multos in lucem aliquam nominis euocare, qui obscuro deliterent; non paucos, qui fortunæ iniuria, è nobili, ditique familia in deplòratum statum derurbantur, subleuare.

Satis sit Hieronymum, hæc pia infirmorū educatione, sanctissimorum hominum laudem adæquasse, qui primi in alijs orbis partibus hanc præclarā in Christi Ecclesia institutionē induxerunt, quos ut Hieronymus Historiarū imperitus ignorabat, ita pio animo, diuino afflante numine, complexus actione anteuertebat. Zoticum dico

Bizan-

De adultæ Aemil. vita sanctitate. 305

Bizantijs, Clementem in Galatia, Adelbardum in Gallia, Sophronium in Cypro; clarissimos sanctitate viros, & prima Christianæ Reipublicæ capita, ac lumina, quorum pietatem non æmulatum solum Hieronymum, sed excessisse pronuntio. Illi vna tandem in vrbe, pietatis hanc palæstram instituerunt; Hieronymus omnibus totius Italiæ vel ipse, vel per delectos socios eandem excitauit. Illi satis habuerunt pupillis consuluisse, institutione, domicilio, administratoribus, & curatoribus destinatis; Hieronymus vna degere eundem habitum, eandem in illis fortunam subire, induere conditionem, educationem inire non dubitauit. Illi dignitatem, splendoremque personæ, quam gerebant, sanctissimo illo instituto pupillorum educandorum tamen retinuerunt. Hieronymus trabeam nobilitatis exuere; dignitates omnes, & honores abdicare, ignobilem, humanisque oculis despectam vitam agere cum orphanis, quos educabat, instituit. En quàm præclare post pubertatem in Christiana pietate egregiè traductā, quàm gloriose incæperit adulescere. Agite NN. Aemilianum nostrum adultam iam ætatem ingressum, magna, ac planè heretica aggredientem facinora. Deum totum anhelantem pectore, animo vestro libeat me profequi declamante. Dux sunt planè rationes, quibus sancti homines, qui abdicato sæculo, dum se Deo totos deuouerunt, magna stipèdia humana hac militia, diuina erogante virtutem gratia, studiosis actionibus meruerunt; Altera actiuosa; contemplatrix altera. Vel enim sacro in secessu solitariam vitam elegerunt, quæ omni cura vacui-

Y 3 diui-

306 *Declamatio trigesima sexta,*

diuinis laudibus, cœlestium rerum meditationi, toti defixi, mentem humanis cogitationibus liberam, animum corporeis voluptatibus exolutū seruarunt, & Angelorum more, quamquam hic degerent, Cœlo tamen versarentur. Alij non suæ tantum saluti consulentes, sed etiã proximi, iniierunt vitæ rationem totam actuosam, eduxerunt acies, irruerunt in campum, puluerem, & Solem haud veriti, agere militares excubias, decertare, configere, vexillum erigere, diuini verbi factu, errantes à via domini, à flexu deducere, ad meliorem frugem reuocare, perduelles Christi, Ecclesiæ rebelles, quæ adhortationibus conciliare, quæ acris disputationis telis configere, vel laborantes, egenos, infirmos opera, studioque iuuare, omnibus demum flagrantissimis charitatis officijs elucere studuerunt. Hieronymus nosster Aemilianus cum vtramque complexus est, ita actuosam vitam ardentissimo amoris in proximum æstu arripuit, vt illustria cœlo intulerit præclararum actionum trophæa. Cum vero, qui laboriosam hanc provinciam adit proximi salutis procurandæ, eum optimis præsidijs communitem esse oporteat, istaque sint munimenta, quibus confirmatus bene captis insistat, proprij corporis castigatio, innocentia vitæ, magna in Deum confidentiã, assiduam orandi studium, prauarum passionum repressio; his se adeo armavit; & communiuit Hieronymus, vt scire potius in corpus suum, quam castigare videretur, nullas ille humanis in auxilijs, omnes in Deo suas spēs, tum etiam cum humanis egeret administrulis, collocavit, vigilem viderunt in oratio-

ne

De adulta Aemil. vita sanctitate. 307

ne pernoctantem, omnesque prorsus ab animo humanos affectus, dissipasse, qui sancto illius cōuictu sunt potiti, cognouerunt. Et dum recogito; quæ cum è tyrocinio pietatis emerfisset, ac iam planè adoleuisset Christo, perpetravit, quot quantas lustravit Italiæ vrbes, quæ à se cepti instituti crexit vbiq; orphanorum domicilia, quæ labores, pertulerit, quas difficultates superavit, quot incommoda sustinuerit; vt quæ animo moliebatur, diuina charitate imperante prosequeretur; Quos conferam Hieronymo, habeo sanè multos, nullos quos anteponam. Subit vero hic mihi Sauli Tarsensis ceteris posthabitis ad Christum, ex hoste acerrimo conuersio, progressionisque in Christi militia, ad quam confugerat, dum Aemiliani nostri vim peccatori inieciã diuini amoris, ardorè animi, quo Christum in pupillis egenibus colebat, studium animarum salutis, vigillas, labores, discursus in Cōtinētis vrbes relego vniuersos. Videor aliquid magnum penè incredibile, & importunum, afferre, cum Paulum Apostolum buccinatorem illum Euangelij maximum, in hunc locum Aemiliani nostri contentione adduco, & quamquam de sanctissimo viro sit oratio instituta, hyperbolem olere non ferendã huiusmodi comparatio censeretur. Illum ne Paulum qui electionis vas pretiosissimum cœlesti est oraculo proclamatus? Illum ne, qui Orbem sua prædicatione lustravit vniuersum? Illum ne, qui tot diuinis est cumulatus donis? cui occultissima mysteria referato Cœlo patuerunt? qui dum viveret affatim adeo in Cœlum contemplatione æstati- ca abreptus, hausit fontes diuinitatis? ita planè,

audi-

308 *Declamatio trigesimasexta.*

Auditores; non ita tamen, ut ad quem, sed ut conuersione, sed ut progressu consequentis post conuersionem ætatis similem vobis imaginem; in Aemiliani laudatione ad umbra Paulus primum ecclesie diris persecutionibus hostis; Aemilianus vitijs, ac deprauatis moribus Dei inimicus. Prosternitur Paulus, dum sæuit; diuinæ vocis tonitru equo deturbatus occæcatur; Aemilianus dum cæno se magis vitiorum volutat, hostili furore tetrum in carcerem detrusus concutitur; Ille sacro recreatus lauacro conualescit; Ille diuino Desparæ Virginis miraculo solutus carcere è vitijs emergit; Ille exæstuat Christi deum amore; confert se in asiem; in Iudæos; in Gentiles insurgit; distringit gladium linguæ, nusquam consistit, incensa veluti fax quocumq; volat, discurrit, omnes Orbis partes, ut Iesum, quæ iam totum fouebat pectore, in omnium corda inferret; Hieronymus cum demum se totum Deo deuouisset, perfecta rerum humanarum abdicatione, incredibile dictu est; quo igne diuini amoris deflagrarit; irruit in campum, vexillum erigit; nihil recusat laboris; quem charitatis pensum, quod iam suum esse arrogarat, videt exigere; excubat vigil in suscepta militia; nullibi morâ Hieronymo, lustrat Italiæ vrbes, ut quam instruxerat in Christi ecclesia classem, vrgeret Domino Militantem. Ille demum ieiunijs squalidus, maceratione corporis consumptus, oratione frequens, reprimendo sensu, & edomandis passionibus totus, quo se armaret ad victoriam, confirmaret in conflictu, & æternæ gloriæ lauream sibi redderet tuentem: Hieronymus, quam assiduis, & ijs

diris

De adultæ Aemil. vitæ sanctitate. 309

dirissimis ieiunijs confectus? quam corporis castigatione voluntaria seuerus? quam in compefcendis animi motibus sedulus, & industrius? & qui ad sanctorum hominum normam, & præcepta se conformabat, diuinis munitus armis in difficili hoc prælio, quo cum intestissimo hoste confugimus, inimici iniquissimi insidias eluderet; vim retunderet, & sibi in dubia dimicatione triumphum confirmaret. Hic ego vestram conestor fidem. NN. An si renouanda essent in memoriam vniuersa sanctissimi viri Aemiliani nostri præclara pietatis facinora, dum ferueret pijs actionibus: Charitatis, dum proximorum salutem in cumberet, totus zelo æstuarer animarum; conclauiâ pupillorum vbiq; institueret, dum post patrimonium satis amplum, vel in pauperes profusum, vel pauperioribus agnatis concessum, victum sibi labore manuum compararet; & huiusmodi, diuino æstu inflammatus patraret facta; Paulum in Hieronymo Aemiliano recolitis admiratum? Erecta iam Venetijs, quò tempore Aemilianus Christo cæperat militare, duo erant Xenodochia; horum altero infirmi deploratissimi, quorum morbus vim omnem medicæ artis contumacia non euincit solum, sed frangit, magna charitate, & præclarissima beneficentia suscipiuntur. In altero non ad eò perditum valetudinarij medicinis recreantur, & confouentur. Horum igitur curatores in Hieronymum, quem videbant cælesti amore æstuantem oculos conijciunt, ad charitatis illud pensum inuitant, grauem illam, & laboriosam procurationem infirmorum offerunt, enixe rogant; eò domiciliam transferat

orpha-

orphanorum, ut commodè operam vtriusque impenderet pietatis. Incredibile dictu est, quam alacri animo sit eam provinciam complexus; quo ardore ampliori arca patefacta exercendæ charitatis, Xenodochij infirmorum omnium confu- luerit incolumitati, & in quo olim versatus fue- rat, tamquam in palæstra, tunc in eodem, ut in amplissimo campo, non ut in umbra, sed ut aper- ta in arena, in sole strenuum egerit Christianæ militiæ imperatorem. Hic peruigilia noctium; hic sollicitudinem in decumbentium salute pro- curanda; hic assiduas exercitationes corporis: Hic labores in vilissimo quocunque infirmorum famulatu: hic flagrantissimam pietatem, putidas etiã plagas lambentis Hieronymi recensere eun- tis per compendia oratoris non est, cum proli- xam orationi nimium copiam suppeditet, quam tempus ferat; vestrum sit Auditores mente com- plecti. Non exaggero, non vero afficta loquor; Extant publicæ piorum hominum tabulæ, extant locupletissima testimonia, quæ me non solum ve- rum amplificatione non adumbrare, sed ne qui- dem omnia attingere palam consentantur. Ve- rum quod hoc loco admiratione dignum, vestra, & commendatione existimo illud, est, perdiffi- cilem illam infirmorum curam, quæ sola validis- simū quemque delassaret, nihil de orphanorum, quos secum eò deduxerat sollicitudine, nihil de vigilantia, & paterna in eos charitate dimiuis- se; ut vix credi possit, tot curis, tot laboribus, tot negotijs sufficere vnus hominis vires potuisse. Sed quid diuinus amor, conceptus semel pecto- re non potest? quid tam arduum, tam laborio- sum,

sum, ad quod sustinendum non sentiat is, qui di- uino amore deflagrat, Thesei, Hercules, ut in fa- bulis est monstrorum domitoris, insitum pectori vigorem? Nunquam fractum animo, nunquam fessum corpore se persensit Hieronymus; Nulli parcat labdri, inuigilat ægrotis, orphanis consu- lit, se ad euntes excipit; Deo oratione, & medi- tatione frequens vacat, serit cum amicis cum convenientibus cælestia colloquia, omnia vnus pensa exequitur absolutissimæ pietatis; & tamen angusta hæc æstuanti pectori arca, maiora mol- mina diuinus ille spiritus, quo agebatur Hierony- mus, maiora machinabatur. Ita que hæc eodem impellente ardore cogitat in circumiacentes in- sulas, & in Continentē discurrere; gressum ador- nat, ac tandem totus pietatum, magna, & præ- clara facinora animo complectens, expro. rine- re (vbi omnia Venetijs confirmasset) iustrat; pro- ximas vrbes Venetæ ditionis; inglorius quidem, vili amicu, & paupertate quæ colebat, sed eò glo- riosiores parabat. Cælo in Christi suscepta mi- litia, triūphos. Diceret solo inarantem Cadmū, draconisque dentes profeminantem tunc Hiero- nymum, quo ferente quocunque pedem, armatas Christo acies vidisses protinus exortas; hoc est, perditos homines vitijs, ac sceleribus contami- natos ad frugem Christianam traductos, sodali- tia pietatis instituta, domicilia orphanorum ex- edificata, Xenodochia erecta. Diceret centum brachijs, & manibus Briarum vno, eodemque tempore multa admoilentem; Diceret incensam facem, quæ in aerem vibrata sui vestigium, fa- millis excussis vbique consignat. An Vicaria or- pha,

312 *Declamatio trigesimasexta,*

phanotrophium est non ignobile destituta sobo-
 li alenda? id omne Aemiliani eo itinere præ-
 stantis virtuti, solertiæ, industriæ, pietati est re-
 ferendum. An Brixia ædes orphanorum extru-
 ctæ? An Bergomi, Mediolani, Nouocomi, an
 regia hæc in Vrbe, id Hieronymi Christo adla-
 borantis victoria, & triumphus; Sed quid im-
 prudens hæc conuoluo, quæ singula iustam depo-
 scerent laudationem? Non ego attentioni huic
 vestræ humanissimæ morosam prolixitatem exi-
 stimabo, quin duo, hæc continentis urbium lu-
 stratione, præstantissima ardentissima charita-
 tis facinora planius exponam. Bergomum cum
 appulisset incurrat illic in oculos deplorata
 Bergomensis ditionis facies, quam tristem red-
 diderat, ac prorsus luctuosam, anni proximi su-
 perioris calamitas, qua extrema annonæ carita-
 te Italia laborarat. Vbiq; solitudinem contem-
 platur, & perditam rerum omnium vastitatem,
 pecora relicta, agriculturam desertam, vacua
 rusticis agricolis rura, omnia vel fame consum-
 pta, vel macie confecta. Nam cum acerbissima
 illa, quæ fuerat ob frugum summam inopiam, fa-
 mes debacchata, in prima etiam, & locupletum
 capita defæuisset, vilia quæque, & humilia cru-
 delius grassata, incredibili penè strage prostra-
 uerat; Itaque hyeme præterita, eneçta fame ma-
 gna rusticorum turba, æstas fruticanti feliciter
 aristæ, quin maturescenti, & in messem iam fœ-
 ræ, qui falce admoerent manum, frustra expe-
 ctabat. Rem sanè commiserandam, Aud. Arua
 fæcondis seminibus florere, fata optima cæli cle-
 mentia, copiosa frugibus mirum in modum albe-
 scere,

De adulta Aemil. vita sanctitate. 313

scere, eorum tamen dominos, tam fœlici segetū
 vbertate calamitosissimam annonæ caritatē per-
 timescere; Tantali duriores sortem deplorare,
 vt diceres inopiam in ipsa segetum copia iterum
 fœuendo triumphaturam, nisi in nouam Aegy-
 ptum nouus appulisset Iosephus, qui mortalibus
 laborantibus noua, sed pia frumentatione succu-
 risset. Tu Hieronyme diuinis flammis exarde-
 scens, cœlesti plenus confidentia, opus laborio-
 sum admoliris; Tu pietate illa, quæ iam pectori
 infederat, iniquam commiseratus sortem, re au-
 des non difficilem ab alijs solum, sed impossibi-
 lem existimaram. Tu messem demetis; Tu agris
 frumentaris; Tu horrea comples dominorum.
 Operosum enim illud negotium merendarū mes-
 sium, communi calamitate permotus, cum ani-
 mo proposuisset sibi subeundum, protinus quan-
 ta potuit celeritate, montana illa omnia circum
 Bergomensis ditionem lustra discurret, colligit
 quantam potest rusticorum manum, sodalitiū
 cum illis inuit, per mensem operæ conductitiæ,
 comparat falces, inde adoritur dominis annuen-
 tibus, quin apprecantibus, agros, ipse idem mes-
 sorum primus caniculari sole demetendis aruis
 sedulus incumbit; sed quem existimatis illius so-
 dalitatis messorū tunc Hieronymum fuisse? Non
 comitem illi in opere habuerunt solum, piū
 virum; sed magistrum pietatis, sed doctorē Chri-
 stianæ fidei, concionatorem, admonitorem erro-
 rum, & illustre exemplar probitatis habuerunt.
 Nam inter merendū prima rudimenta fidei, quo-
 rum multos signaros prorsus esse perteterat; edo-
 cebat; suauibus sensim alloquijs pietatis semina
 insil-

314 *Declamatio trigesimasexta,*

intillabat, anxi cuiusque morbos blande detegbat, ac medicinam comparabat; tantumque inualuit Hieronymi charitas, ut arua dum mererentur, ecclesie quandam faciem referrent, & chorum veluti psallentium monachorum: phonaſco ſcilicet Hieronymo, Hymnis ſacris, rudi quidem, ſed non abſona, non in ſuaui diuinis auribus psalmodia metentium pro ineptis, & profanis cantilenis, quas ad leuandam laborioſi operis moleſtiam concinere alij ſolent, ipſi agri perſonabant. Vnum hoc laudabile factum videbitur cuiſpiam rem perfunctorie conſideranti, & a me pro vno eſt expoſitum, multa tamen ſunt, ſed ea diſtinguere, ac ſeparare quemadmodum poſſim, tam multa ſunt, haud facile reperio. Eſt in-tenſiſſimæ in proximum charitatis; quod periculum imminentiſſis famis, tam præſens, tam certum repulerit. Eſt ſingularis proſpicientiæ, quod tam conſultè anteuertit incommoda; Eſt magnæ prouidentiæ, quod non vnus, vel alterius occurrerit periculo, ſed multorum, & communi conſuluerit incolumitati; Eſt commendandæ in ampliffimo viro humilitatis, quod vir nobilis patri-ua claritate conſpicuus, ſe ad ruſticorum opera abiecerit; Eſt magnæ ad caſtigationem corporis voluntariam tolerantia, quod ardentiffimi ſolis æſtu moleſtiſſimo, & periculoſiſſimo labore illo ſe macerari? Eſt pietatis, quod Deo rudes illas agreſtium hominum mentes cæleſtibus miſterijs, quæ ad ſalutem ſunt neceſſaria conſequendam, imbutas ſit lucratus. Eſt religionis; quod diuinum cultum illa agrorum frumentatione, promouerit. Iſta fuerunt prælibata pocula pie-
tatis

De adulta Aemil. vitæ ſanctitate: 315
tatis in Bergomenſi ditioſe à Hieronymo, iſta benè auſpicata præludia charitatis. Accipite nunc alterum veſtra attentione dignum, & in Re-publica Chriſtiana magni momēti facinus, plenū difficultatis, plenum laboris, & periculi quod excelſo, & conſtanti animo aggreſſus feliciffimè perfecit. In vineam illam Bergomenſem Hieronymus temporis calamitate non nihil deformatam, ut ſerum aprum pro virili ſua parte repelleret deuſtantem, oculos contecerat. Quamobrè ubi orphanorum, & pupillorum crexiſſet ſuo more conclauia (hoc enim amplius in alijs ciuitatibus factum pluribus non exponam) infami ciuitatem propugnare ſcortorum laſciuia, ſædaq; lue proſtitutarum meretricum in animum induxit, ac brui vigilantia, ſtudio, & ſollicitudine incredibili perfecit, ut illuſtre cœnobium ſit extructum in quod multæ, faces præferente Hieronymo, eiu-ratis voluptatibus, & Venere, in diuina caſtra receptæ ad expianda antea actæ vitæ ſcelera caſtita-tem, & caſtigationem corporis amplexæ ſe detruferunt. Hic ego vobis, Auditores, in memoriam reuoco Abrahamum illum anachoretam è lupanari Thaidem educentem. Hic Satyri illius cognomento ſtulti fornices circumluſtrantis renouandam propono recordationem, dum Hieronymi glorioſum, de triumphato, Damone eo inſignitacinoſe explico trophæum. Similes concipite technas adornatas, pares inſtructos dolos, ut perditas illas mulieres è ſædis proſtitulis auocaret. Nihil enim veritus olidas putore luxuriantis Venereis ædes ingredi, diuina armis confidentiæ munitus interdum ſingulas ip-
ſo in

316. *Declamatio trigesimasexta,*

so in lupanari conueniebat, ac peraccommoda captata occasione, sordidæ vitæ calamitosam illam faciem depingebat. Hic ne miseræ lenonia spe alitis animum? vilis ne lenæ imperium expectatis? nec intolerandam sortem vestrâ agnoscitis? quas, quàm malè firmas rationes turpi hoc mercimonio collocaueritis, non aduertitis? Ecquid demum in lenonijs istis ædibus expetitis? voluptatem? quam? longis vigilijs, & Venere, semper languidæ, ac fractæ. Quid? vitæ sustentandæ expeditâ rationem? nimirum inconstantia amantium nixam, instabilem, incertam; florenti ætate fultam, nec tutam, nec diuturnam; quam vbi ille vitor iuuentutis, & forma defloruerit, omnino sentietis accisam. Ecquam tandem spem fouendæ vitæ tunc estis habituræ, quàm vt pannosæ, emaciatae victum ostiatim emendicetis? Quin igitur diuinæ nunc potius confiditis providentiæ? Quin accuratius vobis prospicitis, non in senectam, sed in eternitatem? Hæc diuino spiritu, ardentiora etiam afflante verba, Hieronymum perorantem, & acriter vrgentem pio animo excipiebant quamplures, internis motionibus actæ, arietante ferui Dei adhortatione, prostratæ, se vltro cum lachrymis dedebant. Rifu multæ proflabant contumaces, ac refractariæ æres illas, ac inflammatas Hieronymi commotiones. Nihil tamen secus iste desistere ab incepto; quin constantia pertinaciam, fortitudine animi petulantiam, firmitate mentis earum pergit frangere impudentiam.

Alias adgressus artes, propudium vt illud probrosam vitæ cognoscerent, adlaborat. Aedium dominos,

De adulta Aemil. vitæ sanctitate. 317

minos, in quibus lenonia exercebatur, adortur, vrget monitis, iustat reprehensionibus, quæstus turpitudine proposita, agit precibus, vt turpem luxuriæ officinam suis è laribus propellant. Quid multa? impetrat expulsionem, expiantur execranda lue mania; ita demum ille omnium deturbate tectis, omnium extrusæ penatibus, ludibrium vitæ contemplantis suum, inuitantem Hieronymum ad pietatem, ad scelerum emendationem sequebantur. Sed quæ difficultates Hieronymo superanda, cum nobilia scorta à perditè depereuntis amassij sinu diuelleret? quæ pericula subeunda, cum insignes formæ elegantia pellices nobilium, & locupletum ab amplexibus subduceret? attamen infracta animi constantia; Deo enim militabat, difficultates omnes absorbit; pericula deuorauit; idque tandem non heroica, sed planè diuina virtute effecit, vt plures in extructo cœnobio abdicatis voluptatibus Pelagiæ, plures Thaides, plures Aegyptiacæ Mariæ, vitæ austeritate, & sanctitate clarerent. Tua hæc laus Hieronymi; Tuus hic triumphus. Tu ex primis es, qui in Italia has faces excitarunt: Tuam hanc prædicant præclaram gloriam, æternæ, quæ consignasti posterorū memoriæ monumenta pietatis. Illæ illæ ædes tuum hoc trophæum loquuntur, quæ tua opera Bergomensis ciuitate anno salutis vigesimo secundo supra miliesimum quingentesimū Clementis septimi anno nono respiciētibus scortis sunt edificata. Quid? An hoc solum Bergomensis regione diuinus heros Hieronymus edomuit libidinis monstrum? Immo verò multa alia. An his duobus præclaris factis illustrata Hieronymi est

318 *Declamatio trigesimasexta,*

Charitas in proximum flagrantissima? Immo vero longè alijs multis est amplificata; ex quibus ego hoc eligam hoc loco non exornandum, sed enarrandum. Multa circa nobilem, & perantiquam Bergomensem urbem iacent oppida, quæ planis in campis, quæ apricis collibus, quæ editis in montibus sita, multi numerantur vici, pagi que quamplures, quorum aliqui accessu difficiles, vel sublimi altissimi alicuius montis fastigio positi, vel imis depressi vallibus, vel medio ardui montis veluti pensiles consistunt. Horum incolæ diuturno labori ad quæstum intenti, sacra mysteria fidei parum edoceri, magna præsertim sacerdotum inopia, qui cælestem eò penetrantes pandant doctrinam, ingruentibus tot bellorum, pestis, & famis calamitatibus magnam præferabant tum rerum cælestium ignorantiam. Hieronymus Christi emissarius, cum illa iam circumlustrasset oppida, vicosque percurrisset, supinam in æterna salute procuranda oscitantiam, cum mysteriorum fidei crassissima ignorantia coniunctâ re ipsa explorarat: Ne multis morer; Hunc sibi laborem iste, qui in diuinis laboribus, nec lassitudinem nosset, nec satietatem sciret, in animum induxit subeundum. Antistiti Bergomensi Lippomano, quo consultò illam diocesim pijs actionibus lustrabat, se Mystagogum agræstium illorum hominum, ad prima rudimenta christianæ pietatis, & fidei tradendâ offert; enixissimè rogat emitti ad dirum illud etiâ perditâ, ac deploratâ ignorantiam extrudendum monstrû, quod præsentissimam animarum ruinam minaretur, certisque delectis ex sua puerorum palæstra instru-

giori-

De adulta Aemil. vita sanctitate. 319

Etioribus, impetrata facultate, eò conuolat; classicum ubique canit euangelij. Vtò libenter hoc nomine, quod multa cohorte stipatus, præferente vexillum crucis, se in illas veluti hostium improuisò stationes inferret. Vbi que cælestis sator diuinæ doctrinæ semina iacit, reserat sacra mysteria, Apostolicum Symbolum, diuinorum præceptorum seriem, Ecclesie aperit instituta; non dicam ephæbis, & pueribus, sed grandioribus, & longæuis, qui desperata cæcitate eorum, quæ ad salutem necessaria sunt, densaque caligine premebantur. Proh, Deum immortalem, quem ego hominem laudo? quem humanis, & diuinis laudibus commendatum prosequor? hominem verè Apostolicum, qui Christo egregie militaret, qui Deo viveret, non sibi. Humanis ineruditum disciplinis, qui Rhetorum numquam scholas frequentarat, Philosophorum, & Theologorum nulla ex petitionibus facultatibus hauserat doctrinam, tantùm fouere pectore ardoris serendæ in animis fidelium, pietatis? Iacula erant, Aud. illa verba, quæ inflammato cælesti igne corde depromebat, simplici quidem, impexa, inculta, illaborata, sed præferuida, acribus instructa sententijs, quæ pectus adamantinum concuteret, corda ferrea percelleret, oratione. O entheam illam vocem concionantis Hieronymi; O fulminantem orationem rudioris humana, excultissimi diuina sapientia, quæ non calamistrato Rhetorum dilemate, sed amentato Christianæ pietatis enthememate, se intimè in animum immittebat. Quod si flagrantissimo vito propagandæ religionis fuisset facta accessio penitioris discipli-

X 2 na,

ne, an ille in remotissimas gentes exoptasset, vel vitæ, & sanguinis effusione ad prædicandum Euangelium, apostolatus munere amandari? cuius adeo exploratissimis testimonijs experti sumus, cupiditate inflammatū pectus, vt errantes, & deuias animas, intra salutis semitam reuocaret. Iam vero non solum agrestes illi, ad quos fidei rudimentis imbuendos accesserat, vim ineruditæ, & inelegantis eloquentiæ senserunt: Illam vrbanæ, quorum aures limatissimis eruditorum cõcionibus assuetæ fastidire, vel exultã solerent orationem, senserunt; Illam docti, & disciplinis versatissimi; Illam nobiles, & insignes viri perquam validam, euibratam, instantem thoris, & iubis diuinæ sapientiæ instructam, sunt experti. Quot enim edifferenti Hieronymo de rerum humanarum contemptu, de salute animæ, æternaque facilitate admouerunt aures, qui se inaudito quodam genere eloquentiæ victos fassi, nobilitatis insignia, cum humilitate, & abiectione Hieronymi, diuitias cum paupertate idem vitæ genus amplexi commutarunt? Bergomi duo, nobilitate familiæ, & fortunis clari, & affinium clientela gratiosi ditissimis Sacerdotijs aucti Alexander, & Augustinus, quorum alter Bessutia, alter Barrillorum perillustri heroum serie nobilitata familia, diuendito, & erogato in pauperes patrimonio, Sacerdotijs sponte exauthorati, in Hieronymi humilem militiam iurarunt. Nouocomi Primus Comes vir tum claritate generis, tum celebritate doctrinæ nulli ea ætate secundus, Hieronymo peroranti nomen dedit; Meronij Leo Carpatas non minus splendore nobilitatis, quã

am.

amplissimis fortunis potens Hieronymi diuinis inuitantis vocibus illustribus innocentissimæ vitæ exemplis incitantis, ex Leone Otis enasit. Hic Angelus Marcus, & Vicentius Gambarana non tam stemmate gentilitio illustres, quã virtute inter suos principes, ac prima capita Ciuitatis, vix aures Hieronymi adhortationibus accommodarunt, cum intimè illas eloquentis faces senserunt pectori illatas, qui domesticum splendorem, dignitates humanas, diuitiarum commoda, nihil præ cruce, præ demissa, humiliq; vitæ, ad quam inuitabat Hieronymus, duxerunt. Hos ego ex multis decerpo, Auditores, longum enim esset seriem eorum recensere; quos incomptã vnus ineruditi viri, celestibus tamen facibus rgnita oratio, Christi amore succendit. Vt hoc, de triumphatis animis incultæ eloquentiæ viribus, admirabili, & insigni sanctissimi viri triumpho, diuinam potentiam, ac virtutem recolatis, & ea renouata miracula, quibus rudes, ac simplices homines, sed diuino spiritu afflati Orbem Christi cruci affixi, doctrina instruerunt vniuersum; quod indocto in Hieronymo maximè ego confirmo præconium sanctitatis. Aliò nunc vos deduco, Aud., vt quem efferuescentem flagrantissimæ in proximum charitatis æstu, me dicente, suspexistis; eundem diuina plenum confidentia, despicientiæ, paupertatis voluntariæ, sincerum amantem admiremini; Non ego hoc loco exaggerabo; tanquam magnum paupertatis acroama paternis fortunis sponte se priuasse, munificam pauperes largitione; Non amplificabo victum ostiatim extrema solum necessitate emendicasse,

X 3 sed

sed labore, sed industria mechanicis artibus comparasse. Non efferam verbis, quidquid iusta mercede acquisisset, si presentibus necessitatibus, quibus sustentandis pueris premebatur, redimendis vniquam abundaret, apud se nunquam reseruasse, futuræ nunquam indigentie, adeo diuinæ pietati confidebat, consuluisse, sed quidquid superesset prolixa in alios pauperes beneficentia profudisse. Non exornabo id semper prospexisse Hieronymum, ne domicilia orphanorum ad alendum numerosam etiam puerorum turbam, hinc, inde ex destitutis familijs parentum orbitate collectam, aut multis piorum eleemosinis, vel lucrosis operum compendijs discescerent, ne quid de caelestis auxilijs fiducia, deque singulari Dei prouidentia detraxisse videretur; Non hæc ego adducam, quæ tamen absolutum Christi discipulum, certis lineamentis describunt: illud addam admirabile, rarum, & planè Christiana Philosophia heroicum, paucorum imitatione magnum; summa necessitate laborantem, oblatam eleemosinam eò solum nomine recusasse, quod vis magna signati argenti à magno Principe erogaretur. Cogitabat Hieronymus noua semper in vinea Domini noualia, noua plantaria identidem meditata, & nouas semper in stationes suæ militie signa inferre. Quamobrem cum in ditione Venetorum iam multa magno proventu fertilissima arua eduxisset, ac trophæa erexisset, Mediolanense solum imperere constituit. Enumerat ex copioso, quem Somaschæ educabat grege tum sacerdotum, & præclarissimorum hominum, tum prouexioris ætatis orphanorum, quinque supra

triginta, Abrahami instar Amorrhæum insequunturi, vernaculos, qui se sequantur; hoc enim stipatus agmine, tamquam in prælium quocunque se conferebat: Mediolanum rectâ iubet vexillarium tendere, ibi suæ militiæ triumphum aliquè consignaturus. Sed quid? vt faciliorem habeat ingressum, anteuertit Deus pia hominis consilia, magna obiecta difficultate. Corripitur in itinere ardentissima febris; eadè inuadit exselecta manu per multos. Quid hic Hieronymus? Non despondet animum; pergit; ardorem febris, ardor æstuantissimi diuino amore pectoris sedat. Quid demum? ò diuinam prouidentiam, vt omnia sapientissimè disponis. Vis morbi, itineris lassitudo, vincunt tandem oblectatam animû, vires frangunt decumbentis, vltra iam pergere languor non permisit, retrogrediendi par periculum, nullum pecuniæ præsidium, nulla ad recreandas vires, cibi, vel potus copia illi, qui humanas in crassinum cogitantis anticipationes, Dei spe, & fiducia plenus negligebat. Itaque contumaciùs, defæuente morbo, cogitur consistere, in obuiam fortè domum, ruinarum potius dixeris reliquias, quæ dirutis laquearibus nec frigus arceret, nec solem repelleret, vbique ad omnes cæli iniurias patentem, se recepit, fractus viribus, anhelans febris, stramine feculento prothoro accubens, diuinam opem præstolatur. Quid eas in angustias adductum seruum Dei cogitasse existimatis? sui ne, an sociorum, & orphanorum, quos secum duxerat, curam, ac sollicitudinem eo articulo temporis maiorem habuisse arbitramini? Audite paternam Charita-

324 *Declamatio trigesimasexta,*

tem in fratres, & filios, officiosissimum studium solidam pietatem; iacet ipse penè exanimis, gliscit morbus, habet certissimum suo capiti auxiliium studiosum occurrentem amicum, qui fortuito iacentem ubi offendisset, ad hospitium officiosè inuitat, vt decumbentem foueret, & tamen quòd amici liberalitas in caros comites nò pateret, hospitari propriæ salutis despector tantam humanitatem recusans noluit apud amantissimum sui æquè familiarem, ac cultorem. Nolite hic hæere admiratione, tantæ pietatis defixi. Audit; ad maiora vos prouoco. Recreatis, ea quiete non nihil viribus, viâ iteram Mediolanum contendens, cû se dedisset incurrit in obuios Ducis Mediolan. Francisci Sfortiæ pientissimi Principis nuncios, qui certior de Hieronymi statu, vitæ instituto, pietate, virtute ab amico illo factus, miserat per humaniter, qui accerferent, si liberet, in Aula hospitandum, vel qualecunq; hospitium, vellet, suo nomine, offerrent, commodèq; Mediolanum, vt deueherent, imperarat. Hic Hieronymus, qui vi morbi debilitatus, vix subsistere in genua, vix reptare gressus poterat, opportunitate ad conmeandum vitur quidem, sed paupertatis, rerumque humanarum desipientiæ studiosissimus, neglecta Aula, recusato quocunq; splendido, honestoque hospitio, non aliud, quam Xenodochium sibi cõcedi, Principi humanissimo gratijs habitis, est deprecatus. Quid multa? in angustas D. Martini ædes ubi se recepisset cum suis, admiratus Dux Sfortia tantam viti charitatem, pietatem, tantum rerum humanarum contemptum, mittit iterum, siue intimius ingenium explo-

De adulta Aemil. vitæ sanctitate. 325
exploraturus, & mentem Hieronymi, siue ad itipem officiosè, & piè erogandam, aulicum cum ingenti auri pondere, quod ad inopiã subleuandam magna liberalitate conferret. Quid hic? Aud. iam nostis, neglexit auram, etiam si rerum omnium egentissimus, spreuit, etsi nò exiguus alendus esset numerus puerorum, recusauit quâquam magnum ad fundamenta in Mediolanensi ciuitate sui instituti iacienda præsidium, cãta Principis beneficentiã, videret se habere. Apud me seponam, inquit, tantum ne pecuniæ euangelicæ paupertatis sectator? scilicet diffidam diuinæ in suos prospicientiæ, celeste auxilium non mihi affuturum igitur credam, qui ad humanum confugiendum, reposito auto esse existimem? O diuinum animum, ò cœlestem mentem, hoc nempe consilio agrotare Hieronymum Mediolanum commigrantem voluit Deus, vt gloriosorem pararet ingressum, vt egregio isto desipientiæ, & paupertatis facinore securius de ciuium animis ad statua ibi suæ militiæ faciendâ triumpharet, & fecundius nouale in hoc etiam campo nouis frugibus ferendis proscinderet, qui tam diu multorum iactura feriabatur. Verum non tam fortunata Hieronymo, Aud. cecidit illa calamitas, qua illustis ad Mediolanenses factus est patefactus, quàm Mediolanensibus felicissimus contingit Hieronymi aduentus. Exeruit ille protinus facies vasti, & astuantis pectoris, nactus vberissimam syluam exercendæ charitatis. Hic destitutam sobolem colligere ad alendum, extrema inopia afflictos recreare, depressos erigere, in Xenodochijs suo more deploratissimis ægrotis opè ferre

326. *Declamatio trigesimasexta,*

ferre tanto studio incipit, & animo, ut omnium in se animos admiratione conuerterit; O ciuitati Mediolanensi opportunam tuam, Hieronyme, profectiōem. Tuum demum cognouerunt sibi faultum, & fortunatum Mediolanenses introitū cum diuina vindicante iustitia; mortalium scele-
 ra, feda lues per urbem grassaretur; tunc quem antea amentem veluti diſterijs, & probris impe-
 tebant, nouerunt medicum, & animæ, & cor-
 poris præsentissimum adfuisse. Testor egregiam Sfortiæ ipsius principis laudationem, qui de mis-
 sione in Mediolanensem vineam Hieronymi ista
 opportunissima, Io. Petro Carassè, à quo omnia
 sanctissimi viri consilia pendere cogitabat, ho-
 norificentissimis literis gratias egit immortales.
 Testor publica elogia, quæ flagrantissimam Hie-
 ronimi declaratâ magnis, præclaris, admirandis
 actionibus pietatem ad posteros transmiserunt,
 Testor summos, & insignes nobilitate, eruditio-
 ne viros illos Federicum Panicarolam, Francis-
 cum Bauium, Hieronymum Nouatum, Hierony-
 mum alterum Calchum, Ambrosium Schiepa-
 tū Mediolanenses ciues, & patricios, quos vnus
 tunc Hieronymi Domino egregiè militantis tro-
 phæa ad pium institutū amplectendum, ut se Deo
 manciparent, sæculi prerogatiuis spontè se exau-
 thorantes, excitarunt. Testor illas D. Martini
 ædes æternum Hieronymi pietatis monumentum.
 Video me velis expansis immensum Oceanum
 ingressum: maxima affulgere sydera, quæ miro
 splendore peruehunt nauigationem istam; Pro-
 currendum esset in singula præclarè gesta: Hic
 alterâ ad Regum Longobardorum olim sedem;
 nobi-

De adulta Aemil. vitæ sanctitate. 327

nobilissimam hanc Urbem nostram Hieronymi
 expeditionem magnis nobilitatam actionibus af-
 ferre deberem. Hic contemplatiuæ vitæ post ac-
 tuosam, enumerandi profectus. Subsisto Audic-
 ne, dum imperu laudationis tanto auræ impulsu
 altius feror, vestra humanitate abusus in scopu-
 lum impingam inurbanitatis. Ut adoleuit expo-
 sui; ut gloriosè consenuerit, alteri relinquam ma-
 gnificentiori oratione exornandum. Te vero
 compellabo Hieronyme Orphanorum parētem,
 miserorum perfugium profusissimum, pauperum,
 pium, sedulum ægrotantium curatorem. Te di-
 uinæ facem charitatis, ut compendio elogium
 describam tuum, acclamabo. O præclaram, ad-
 mirabilem in Christiana perfectione adolescen-
 tiam tuam, o benè adultas vires, o vegetam, &
 magnis actionibus factam virilitatem. Tuæ istam
 soboli, quam cæli est specula illa nunc intueris, im-
 petra, ut suscepto tuæ vitæ instituto, egregiè sem-
 per adolescat, vigorem.

D I X I.

*Habita est in Collegio Ticinensi
Petrum Carpegottanum de Senescha anno 1620
quo a Patribus decuriae sunt beneuolenti Fundatorum curvatorum fessae*



De emerita eiusdem senectute.

Declamatio trigesima septima.

CPAVIA S. Maior 1620

SI diuina, & caelestia humanis essent, expendenda momentis, & quos terrenis abdicatis voluptatibus, caelestis vitae institutum in terris aggressos, Deoque natos colimus, aequae deceret cum prophanis comparare; minorem mihi dignitate locum in sanctissimi viri Hieronymi laudatione post alios, qui nascentem Deo, qui mirabilem adolescentem, & laudabiliter progressum ad maturitatem exornarunt, dicerem esse relictum, qui tertio hoc fastorum die laudaturus accedo illius gloriosam senectutem. Etenim in humanis huiusmodi comparati sumus, ut certis quibusdam progressionibus virtus consistat, emicet illa, ferueat iuuentute, virili confirmetur aetate, sed effera tandem, cum ad senectutem vergit, diminuta viribus elanguescat: Quin primo se efferentem impetu, admirari solemus gloriam, ut interdum eorum nos magis capiat admiratio, qui nouo incipiunt rerum praclare gestarum splendore clarescere, quam illorum, qui magnis facinoribus celebres, diu honoris sedem, popularisque aurae prerogatiuam occuparunt, ut istis relictis, in alios recenti emergentes fama, & existimatione celebres oculos, & obseruantiam conuertamus. Atque illud mihi venit in mentem, magni Pompei Romani Imperatoris dictum, quo Sillam populares sabinudentem acclamationes, & plausus, ac in

De emerita Aemiliani senectute. 329

no. in unum Pompeum Populi prauidicium conuersum non minus facetè, quam argutè compescuit: Persas non occidentem, sed orientem solem adorare; nimirum admonuit, ne agre ferret nascentem Iuuenis celebritatè ille, cuius iam gloria, cum aetate, & factis inciperet confenescere, & in occasum verti: Verum in diuinis; In Aemiliano, longè secus euenit; Hic virtus nouis semper incrementis viuitor, numquam effera se etiam anteuertit, seque subinde maior, viam sibi parat ad maiorem claritatem. Itaque non quod mihi senescentis Aemiliani actiones exornandas reliquerint, qui duobus ante diebus incunabula mirro illustrata prodigio, educationem ad miraculum egregie institutam, adolescentiam magnis progressionibus traductam, virilem aetatem admirandis facinoribus gloriosam sunt prosequuti, minus nobilem exornationis locum concesserunt. Fuit Hieronymus gloriosior in senio, quin nullam dixerim sanctissimum virum sensisse in rebus diuinis, virtutum exercitatione, in laboribus perferendis pro Christi amore senectutem, nunquam remisisse illam vim, quam ubi primum Deo se mancipauit, animo concepit, nunquam ardorem excitatum, diuina affluente gratia, deferbuisset; sed ille maiores semper sensit admotas diuini amoris faces, quibus eruentiori conatu, & viuitoribus viribus diuina se exercuit in Gymnastica. Quapropter si eorum, qui sanctissima virtutis partes Hieronymi Aemiliani, hac solemnibus partibus ornate, copioseque explicarunt, series feruanda sit, nullam ego, quae virilem sequatur, senectutem agnosco; neque enim aetatem, qua cor-

330 *Declamatio trigesima septima,*

potis vegetatione acoleuit, sed qua Deo superioribus diebus auditis, diuinis, vt par erat laudibus illustratam, in qua vnquam consensisse Hieronymum, qui diceret, nã ille laudatissimi viri facta imminueret, celebritati inuideret, virtuti; dignitati gloriam derogaret? Quamobrem quid agam hac circumuentus difficultate? exornabo senectutem Hieronymi, quem nunquam consensisse hac vita spiritali, qua Christo viuimus, contendo? Persequar acta florentis ætatis? at videbor proximum oratorem reprehendere, quem hanc prouinciam egregiè susceptam, minus tamen cumulatè obijisse arguam, eadem persequendo. Dicam soli persimilem Hieronymum, cuius nostrum supra horizontem circumactio, purissimo aere, sudoque cœlo serenissimi diei affert lucem: Affulget ille, cum primum se se attollit emispherio, exiguis quibusdam radijs, & quamuis lucidissimo astro, nec lucem pandit ampliorem, nec calorem radiorum intensiorem euibrat; feruet meridie eleuator, cum medio insilit, & Zenith, quem Astronomi vocant, puncto nobis recta imminet: tum rapida incitatione, cum iterum se per sphæram reuoluit, infra nostram orbis plagam decurrens lucem attenuat, ac tandem prorsus senescens veluti, & occiduis abscondit. Eadem semper tamè solaris lux irradiat, idem nitor magni illius astri, idem iubar, splendor, & vigor; sed ille præcipiti ad aliã terræ plagã cursu, quod propinquior interdum, modo remotior sit, nobis languescere viribus, lucem obnubere, senescere, occidere videtur. Itã planè Hieronymum affirmare licet, Auditoros, nobis consensisse, cum incita-

to cursu

De emerita Aemiliani senectute. 331

to cursu ad illam cœlestem plagam accessit, nobis occidisse, cum in illam tandem euolauit. Hoc igitur mihi exornandum proponam: in quo tamen soli haud similem omnino fuisse confirmo. Enim vero illius, quò remotior dum in alium commigrat emispherium, tenuiores radios sentimus, lucem paulatim exiguam vsurpamus idcirco, quia distantior nobis magni sui astri radios, lucemque subducit. At Hieronymus, quò magis animum, ab humanis subtrahebat, & se terrenis retrahebat curis, eò maiori clarebat luce sanctitatis; quò remotior, & distractior ab hominibus, eò etiam faces exerebat piarum actionum ampliores: ille vbi in alterum se emispherium vertit noctem hic tenebricosam, luminis sui absentia, relinquit, torporem ijs rebus, quæ ab illo vim omnem, & energiam ad agendum habent, influxus tenuitate inducit.

Hieronymus vbi ad illam cœlestem, nobis occiduis plagam conuolauit; diem hic serenissimum, opinione in omnes peruagata innocentissimæ, sanctissimæque vitæ, luce amplissima clarus miraculorum induxit, & magnum ad pium illud opus destitutæ sobolis educandæ, ad sanctissimū vitæ eiusdem institutum, ad flagrantissima opera charitatis, quæ incæperat prosequenda, ardorem suis omnibus iniecit. Hoc vno mihi igitur effrenda est laudatissimi viri senectus encomio; Quod virtus, illius in animo, non ille consenuerit in virtute; perfecto scilicet, & omnibus suis numeris absoluto virtutum gradu enituerit. Sed vt tandem eam, quam sibi ad dicendum aperuit, viam, oratio ingrediatur, & inde primum euadat,

332 *Declamatio trigesima septima,*

dat, vnde senium Hieronymi à me exornandum incipit: lostranda earum virtutum series, quibus, vt se enixè studuit adornate, ita omnium maxime visus est eminere. Tria hic recolam genera ex distributione virtutum vniuersa, quibus qui cumulatè excolitur, is sibi ad perennem illam felicitatem gradum facit, & cœlestibus, Deoque ipsi quàm simillimus humani animi perficit excellentiam. Quorum primum in castigatione corporis positum effrænes carnis illecebras, quæ rationis arcem inuadunt, & interdum ita crebris ietibus arietant, vt prorsus deturbent, compescit; alterum in reprimendis animi passionibus appetentem partem cõinet in officio; Tertium, quod ex alta quadam Dei cognitione, & sui ipsius consequitur, in præseruido quodam, ardentique in Deum ipsum amore, excitat animum ad magna, & excelsa facinora charitatis. Mirum est quantum in Hieronymo, quò magis commigrationem animi à corpore aduentare, & recessum à mortalibus adesse præsentiebat, vigor adolesceret ad se exercendum in virtutum palestra, ac cœlestis disciplinæ schola. Existimabat ille se remissè nimis, & languidè traduxisse in Christiana perfectione acquirenda ætatem suam, sæpe deplorabat ineptiam, suum caput vbertim identidem effusus la chrymis, ignauia, nequitiaq; condemnabat, quod socordem ad eò diuinæ exercitatione se deprehenderet disciplinæ. Annus iam vigesimus quintus effluxerat, quò abdicato sæculo, vita emendatori, se Deo manciparat; duodecimus iam excesserat, quò latum clauum, & trabeam nobilitatis deposuerat. Sex annos

Vene-

De emerita Aemiliani senectute. 333

Venerijs egressus, per citinias æstuariorum insulas, ciuium Aquileiæ, Concordiæ, & Altiini, olim ab Attila, alijsque efferatis barbaris, in Italiam erumpentibus, ipsiq; terræ moribus, tutissimum Asylum; & totum per Continentem laboriosa peregrinatione consumpserat; iam penè omnem indefesso labore Insubriam peragrarat, Xenodochia quàmplura fundarat, Pupillorum vbiq; piæ adès erexerat; plures manipulares Christo copias confectisferat, crebras expeditiones sua militia, quàm Ecclesiæ adornarat, eduxerat; iam plures in Continentis vrbes sua agmina, & signa faustè intulerat; nusquam in vinea Domini laboriosissimus operator conquieuerat; & tamen segnitè adhuc se obtorpuisse arbitrabatur. Quæ vero mihi ex omnium virtutum censu, dum recolo Hieronymi viuendi susceptum, & constantè seruatum institutum; occurrunt, siuè repetenda sunt, quæ superioribus panegyricis lectissimi adolescenterum explicarunt, siuè quæ omiserunt, & non omnia proponuntur, non commendatione solù, sed admiratione dignissima, vt quamuis nulla facta fuisset accessio maioris perfectionis, sanctissimorum tamen hominum gloriam, & laudè Hieronymus præclara contentione facta, vel adæquasset, vel non longè à multorum celebritatè recessisset. Verum vni visa sunt exigua omnia dñi senesceret; vnus leuia, qui adeo in senio viribus animi adolescebat; vnus iocularia, qui incitatori semper rapiebat in Deum amore, accusabat. Tum nimium sibi segnis, & veterinosus in Christi militia athleta, quamquam multis, & prælijs, & victorijs, & tryumphis, exercitatissi-

Y mus

334 *Declamatio trigesima septima,*

mus est visus; cum Salodij maxima est inie-
cta fax ardentissimo illi pectori amplectendæ
solitudinis; cum ibi diligentissimè recessus ab
hominum frequentia remotus ad contemplatio-
nem horridus, incultus ad acriorè corporis ca-
stigationem est conquisitus, qui tamen oppor-
tunus esset ad exercendum illud munus, & pen-
sum, quod sibi imposuerat proximorum salutis
procurandæ. Tum se desidem, & torpentem
adiudicavit, Auditores, cum Somaschæ ingentes
sensit iterum ad motas pectori faces solitariæ vi-
tæ. Illicò enim vigili oculo, menteque circum-
iacentia loca contemplatus, vix incurrit in aspe-
pectum horrens latebra, sentibus, ac dumis ob-
septa, salebris, ac vepribus, vnde quaque obual-
lata faxis, rupibus lubrica, prærupta, aspera, con-
fragrosa cum eò perreperit, ibi remotam, vt statis
temporibus cõtemplationi rerum cœlestium cor-
poris macerationi incumberet, domesticos pu-
pillorum, quos instruebat, & educabat, labores
intermittendo, cellulam exedificavit. Perinde, ac
si à labore ad otium, à curis, ad quietè paulisper
feriaturus in illum horridum situ, & squalore lo-
cum se conferret. Sed quid ego hic recolo? Quid
enarro? quod non senescentis Hieronymi admi-
rabilem extollat vigorem, & incredibile ad ma-
iores virtutes progressus energiam? inauditâ ani-
mi, ac si tunc Christo solum militare inciperet,
Deo seruiendi cupiditatem? Hic dicâ horrentè,
ac inaccessam specus latebrâ post attritû labori-
bus, fractum ieiunij, emaciatum vigilijs corpus
selectam ad asperiores sui castigationem; Hic
à Hieronymo humeris fabulum, cœmenta, saxa

ad

De emerita Aemiliani senectute: 335

ad ædificium conuecta; Hic summo labore pro-
prijs manibus cellulam, inculto licet ædificio, que
noctis inclementiam, cœlique iniurias non arce-
ret profus, sed reprimeret, excitaram; Hic noctes
in oratione, insomnes, dies meditatione, sine ci-
bo, & potu traductos; Hic inaudita edomandæ
carnis commenta excogitata; O vim pectoris di-
gno amore æstantis sempiterna memoria præ-
dicandam; Scio hoc sanctissimos viros, qui in
Christi Ecclesia lumina effulserunt, præstitisse,
vt tunc enixius ceperint se exercere in virtutis, &
perfectionis Christianæ gymnastica, cum incli-
narent ad senectutem; Scio Gregorium Nazian-
zenum; Scio Fulgentissimum illud Ecclesiæ Dei
lumen, Fulgentium, olorum instar, qui imminente
obitu, dulcius lingue plestrum in modulatu sol-
uunt, antequam excederent, grauilicet ætatis se-
nio confecti, multis, & magnis laboribus perfun-
cti, asperiores iniuisse viue diuinationem; Scio hoc
solemne esse Deo militantium, & in Christi di-
sciplina perfectorum, qui eò tandem euadunt,
vt terrena illis omnia fordescant, nihil sit magis
in voris, quàm vt Christo copulentur; proinde
incitatori quodam impetu in illum toti rapiunt-
tur, hunc solum anhelant, asperrantur cœtera;
hunc animi toto conatu complectuntur. Verum
in Hieronymo hæc ipsa, in clinante ætate, post
multos Christo deuotos labores, post ærumnas,
& præclaram, longamque militiam, nouæ quasi
vitæ auspicio, si non aliorum comparatione ma-
ior, præteritarum tamen, eiusdem actionum con-
tentione est gloriosior. Atque vt planè intelli-
gatis quanta esset hæc vis in senescentè nostro

Y 2 Aemi-

336 *Declamatio trigesima septima.*

Aemiliano perfectioris vitæ, & huius, in horrida illa latebra, erecta adicula, facti momenta omnia expendatis. Recolenda sunt, non ea solum præclara facinora, & labores, quos in promouendis pijs operibus exantlauit; sed arctissima perpendenda est animo vitæ ratio ab ineunte conuersione suscepta, quam illi, qui ante me dixerunt, leuiter indicatam, præternosarunt; Illæ recentendæ virtutes, quibus mirificè animum excoluit suum; ille flagrans ardor diuini amoris, qui pectus Hieronymi incendit; ex his enim, quantum illa segnities, quam dum senesceret, damnabat sui in virtutis, & disciplinæ cœlestis profectu declarauerit, fuisse in illo factam accessionem diuini amoris, cognoscetis. Abstinẽtiam dico, victus austeritatem, voluntarias ad cõtinendũ in officio spiritum, & reprimendam carnis perulantiam afflictiones, arctissimũ vitæ institutũ, qui secum reputabit animo, is etiam recõlet in Hieronymo perditis illis temporibus, in quibus uelantientium, hæreticorum improbitas, omnia sacra, diuina omnia, humana que iura perturbabat, renouatam antiquorum anachoretarum in ieiunijs, in spontaneis corporis cruciatibus, in peruigilijs magnarum actionum memoriam. Multa mihi hoc in genere, & magnitudine facti præstantissima, & pondere maxima occurrunt, quæ singula si exponerem copia obrueret orationem coaceruanda. Prædicandũ est in Hieronymo, quo tempore nouam aspicias est vitam, tanto animi impetu cepisse rebellem spiritui carnem frangere, vt præceptis contineri à moderatore anima Petro Caraffa, cui habenas sui commiserat,

quò

De emerita Aemiliani senectute. 337

quò certis quibusdam gradibus tutius ad perfectionem contenderet, oportuerit. Dicam asperimam, quæ superet omnium fidem, vel tunc iniuisse uiuendi rationem, qui reficiendis corporis viribus præter panem, & aquam, nihil sibi esse concessum voluerit. Celebrabo constanti, perpetuoque tenore seueram hanc abstinẽtiam, victusque austeritatem seruatam, perrarò, & modicè remissam, nunquam violatam; Commendabo adeo seuerum in se extitisse, vt quamuis eorum monitis fatigatus, quibus spiritualis vitæ instituendæ suæ gubernationem crediderat, aliquando cum pane agreste aliquid, & vile adiungeret, nunquam tamen induci potuerit, vt frigida potum dimitteret. Quid, somni capiendi qualis rigor? Nunquam culcitra cubauit Hieronymus, subiecto solũ stramento, nudis deinde asseribus, de mum duro saxo corpus dedit requieti. Cæteræ vero afflictiones, quæ quam multæ, quæ graues? Cui solemnè erat, dicam ne singulis hebdomadibus, an diebus? flagellis se cedere, vsque ad sanguinem, adeo frequenter, adeo seuerè se diuerberabat. Huic itinera quamquæ longa, & perardua, siue per abrupta, siue per plana, pedibus cõficere lex erat seuerissimè indicta. Huic sub die, vel calente sole, vel pluuio cœlo agricolarũ laboribus se affigere, durare corpus laboribus, rusticis muneribus obeundis, solemnè erat ad se castigandum consuetudo. Sed enim cohibere me ipsum hoc loco non possum, Auditores, quin ex multis de abstinẽtia Hieronymi, corporisque castigatione vnum delibando factũ vobis exponam, vestra hac attentione dignissimum. Remeabat ille Venetijs, quo sextum post

Y 3 annum

338 *Declamatio trigesima septima.*

annum à professione se contulerat, ut suos illic reliquos, in Christi area manipulos sustraret. Pedes iter ex more, & lege sibi iam imposita dum faceret, Brixiam contendens, ecce illi ad Martinianos agros honestissimi, iustaque religioissimi tres viri, qui Salodium Venetijs repetebant, equitantes imminent; Hi Hieronymum, ubi non tam fama sanctitatis, & magnarum actionum, quam de facie sibi notum conspiciantur; ingenti lætitiæ effusi, quod in sanctissimum virum incidissent, officiosè non minus, quam reuerenter consalutant; longa itineris fatigatione fractum rati, illic equis desiliunt, dextram prensant, amplectuntur, rogant defesso corpori quietem concedat, equum conscendat, cum præsertim fortuna ferret, ut comparatum haberent, quem non equitarent; Hic Hieronymus, qui semel susceptam viuendi rationem dimittere non didicerat, nullaque pateretur emolliri, vel leui illecebra rigorem iustæ iam disciplinæ, induci non potuit, ut quamuis fessus, & anhelans opportuna equorum commoditate oblata, pedestrem professionem interrumpere. Quid postea? sequitur obequitantes comites pedes, inhihentibus illis frangere equis, ut dulci, ut illicque alloquio Hieronymi fruerentur: Fischeriam munitissimum castrum perueniunt; hic requieti meridiana statio itineris defecta, loci præsertim amœnitate adblandiente: apparatus mensæ restaurandis viribus, exquisitis inter cetera opipara obsonia ex Benaco piscibus oneratur, inter cœnivas Hieronymus inuitatur. Audite sanctissimi viri inuictam animi constantiam, continentiam. Quem urbanitas amicorum ad discumben-

De merita Aemiliani senectutis. 339

bendum mensæ inflexerit, eundem, ut solitam illo die sibi indictam panis, & aquæ refectionem; in paulo laxiorem immutaret, non vlla gulæ irritamenta allicere, non preces flectere, non lautus ille eduliorum ante oculos aspectus, vel leuiter decutere animum potuit, ut cum pane ex apparatus dapibus, quidquam adiungeret. Rem planè admirabilem: secreto inconclauis, priuatis in ædibus, etiam cum non possis, austeram abstinentiam seruare, non violare in magna licentia parcitatis legem, temperare se urgente illecebra magnum est. Quid in conuiuio? Quid inter tot incitamenta? lepidè interea à conuiuio impetebatur, peruulgato illo Medicorum aphorismo, repletionem omnem sanitati incommodam, malam; panis pessimam; sed ille scitè, falsèque retorsit, repletionem utiq; panis pessimam, quæ moderatam excedens refectionem, esset etiam supra sacietatem.

O abstinentiæ exemplum æterna ad posterum memoria transmittendum, sed non istud erat mihi explicandum; maius, illustrius eiusdem abstinentiæ trophæum euoco, Auditores. Hinc Salodium ipsdem comitibus profectus Bartholomei Scayni hospitio excipitur honestissimo. Qui sequenti die socios itineris Hieronymum conuenientes ad conuiuium inuitat, ut vna cum sanctissimo viro aessent: curat lautum, & saliare prandium instrui, non tam copiosa eduliorum abundantia, quam lautitia. Quid multa? accumbitur, primis onustam dapibus mensam conuiuæ dum exaruant, easque prælibaret Hieronymus, secundæ a vernis lautiores, afferebantur. Hæc

340 *Declamatio trigesima septima,*

vbi ille videt, cōuiuuiumq; feruere exquisitarū ga-
nearū copia; interno quodā contemplationis fen-
su commorus, subsistit, amariora erumpit in suspi-
ria, soluitur in lachrymas, funditur in quæstus: Me
ne opiparæ a deo mensæ interesse? nequā homun-
cionē tot fædis criminibus contaminatum adhuc
genio indulgere? Ita ne Redemptoris mei in cru-
ce tam male accepti excidit recordatio, cui ama-
rissimum fel propinatum fuit? Non ita me, Chri-
ste, perditum agam, vt tui memor pro me amaro-
ris hac lauta mensa discumbam. Sistiuit attoni-
ti cæteri, suam illachrymante Hieronymo, nequi-
tiam, percelluntur sensibus, disfluunt oculi la-
chrymis, adeo hæc omnium pectora vehemens
oratio arietarat. Quid plura? Amandantur da-
pes, interrumpitur conuiuuium, & spiritualium
rerum colloquio, lautiori certè ferculo pro bel-
larijs, edifferente Aemiliano, epulantur. O præ-
dicandam temperantiam, o animum verè Deo,
Christo assidua cogitatione coniunctum. Non
legerat fortè, qui rudis esset litterarum, idem
Palæmonis facinus; imprederat vis illa diuini
amoris, quæ pectori flagrantissimo exarstabat.
Non cognorat B. Angelæ Mericia, quam Brixia,
quin Italia vniuersa inuuptarum S. Ursulæ Paren-
tem agnoscit, & Diuæ Aphræ in templo magna
pietate, & religione contumulatum veneratur
egregiè factum, quæ titillantem palatum a ceterijs
sapide conditi voluptatem dum inter æquales
puellas in insula Benacilacus haud procul à Salo-
diomeridiaretur, aridi pulueris cōspersione, com-
pescuit. Non tu ista temperantiæ exempla fortè
excitatas, Hieronyme, hæc distabat, qui ante-
riori

De emerita Aemiliani senectute. 341

riori illa tua in mente diuinus spiritus exciram
erexerat cœlestis disciplinæ. Ille, ille edocuit
illecebras voluptatis amarissimæ Christi necis
meditatione comprimere, ille tuam, quam per-
ceperas primis conuiuij dapibus prelibatis de-
lectationem inconsultam, triduanum ieiunij pane,
& frigida à te suscepti multa voluntaria vt ple-
cteres, distauit.

Nolite expectare iam dum reliquas énumero
oratione mea virtutes, quæ tantam, tam admira-
bilem viuendi, & castigandi corporis seuerita-
tem consequuntur: hoc vno complectar omnes
elogio. Hieronymo Aemiliano, cum vitam suam
ad perfectam Christi, & Sanctorum Patrum imi-
tationem, exigeret, neminem tamen fuisse sui de-
spectiorem: obedientia incomparabili, charitate
in Deum in proximum ardentissima; amore pau-
peratis flagrantissima præluxisse, contendisse
cum omnibus, quotquot nostra memoria cele-
brantur. Quid enim est honestissimum virum ma-
iorum triumphis, & imaginibus clarum, vili, ac
despectissimo amictu lineo, ne dicam lacerna
obtectum, peronatum inter humiles, & despi-
catissimos pauperes incedentem intueri? Quid
vilissima quæque pensâ obeuntem contemplari?
Quid manticis prægrandibus onustum soboli,
quam alebat, ostiatim, emendicantem panem;
quid sibilis, & sannis plebeiorum dum frequen-
tissimo foro, publicisque vijs, se vltro exponeret
irridendum, vt gloriæ titillantem sensum, & fa-
mam sanctitatis, quæ increbescebat, reprime-
ret? Quid cum domestico in cœnaculo, grauif-
simis suspirijs errores accusaret suos, seque inti-
mo

342 *Declamatio trigesima septima,*

me animi sensu nequissimum caput, comitibus lachrymis, apploraret? Quantæ obedientiæ nihil unquam, vel leue, nisi ab eo; cui se in spiritali animæ profectu instituendum commiserat, veniam impetrasset, admolitur? equidem illud, ut vno omnia complectar facto; noluisse amplius quo tempore se Deo deuotus; sui iuris esse, sed moderatoris animæ arbitrio, prorsus declarat, quod nec leue munusculum à Stephano Bertazolo viro probatissimo sacrarum D. Augustini meditationum oblatum admiserit, nisi Ioannis Petri Caraffæ prius accesserit assensus. Iam quo amore paupertatis flagrantem dicemus; quem erogatas eleemosinas, si vltra familiæ necessitatem abundarent, vel non admisisse cognoscimus, vel in alios pauperes protinus distribuisse; quem nullo unquam viatico præparato, itinera quamquam multorum dierum adgressum nouimus, eadem pedibus confecisse; quæ, dicam semel euangelicæ paupertatis perfectum gradum attingisse, vitæ ratio suscepta, seuerè, integrèque traducta testatur? Conceptum demum pectore diuini amoris ardorè, quas eruperit in flammis, superioribus concionibus audistis. Vnum mihi senescentis Hieronymi reliquerit illustre facinus diuinæ charitatis, qua in Deum, qua in proximos æstuebat dignum memoria, dignum elogio, dignum vestris auribus exponendum. Simulatibus duo, è Somaschenfi, ut creditur, pago sceleratissime inueterato diu odio, gliscente in iram, & vindictam in dies animo contendebant; efferata vtrinque pectora ditissima quæq; coquebant, adeò ut conceptis votis quidquid mali non quisq; solum im-

pre-

De meritis Aemiliani senectute. 343

precaretur alteri, sed quibuscunque posset artibus intentaret; eoque demum evaserat flamma, ut quoties incidere vnus in alterum occurfus, & diris se se impeterent verbis, & læcesserent gladio; Auerio scilicet è lacu effuditur fraterni odij virus. Senioris illi comitibus, aduerso sibi occurrunt euentu, quæ Somaschæ ad Vercurati vicum descensus iacet; illic utriusque turbantur animi; incallescunt corda, feruet, ebullit intra præcordia, ita saeuente, sanguis; erumpunt in iurgia probrosa, vtrinque iactantur verba, contumeliosque se se inuicem onerant sceleratissimis; inter hæc (ut siuismodi hominum fert ingenium) horrendis blasphemijs in Deum, sanctissimam Virginem Deiparam, ac terribili sonitu percrepabat. Iam gladio rixa feruente res agi cœperat, cum adueniant multi, qui se interponunt; Inter hos Hieronymus, qui inhorrescens illis adeo horribilibus blasphemiarum tonitruis, rogat, obrestatur supplicat, extinguant odij conceptum ignem, blasphemias saltem linguas compescant; quo, aiebat, malum, vestra hæc tanta rapit animos infania? Quid profcindere etiam Deum, diuosque contumelios? quid blasphemis imprecationibus onerare? Quid Deus, quid Deipara Virgo hac vestra dementi discordia haber negotijs; ut in illos turpibus adeò probris scitis contumeliosis? Nequissimi illi homines, nec sanctissimi viri, quem probe norant præsentiam veriti, nec acri adhortatione, quidquam commoti, pergunt, sceleratius quinimo perstreperit ora blasphemijs. Hic Hieronymus graui adeo Diuini numinis offensa permotus, cum truces illas voces piæ aures

susti-

344 *Declamatio trigesima septima.*

sustinere non possent, distumpente se intra peccatus Zelo diuinæ iniuriæ amarulento corde, protinus corruit in terram deflexis genibus; istis blasphemos illos iterum compellat vocibus: Et non desinitis diuinam in vos prouocare vindictam? Adhuc ne pergitis diris insequi Deum blasphemijs? Non patiar ego, non feram tam palmare scelus; vindicabo ego in me ipsum vestrum hoc tam nefarium crimen. Ego, ego à me ipso repetam vestræ tantæ pœnas impietatis. Cœnosa erat via, & deformiter lutulenta, Auditores, in hac Hieronymus illic hianti ore dentes impressit, cœnum mordet, commanducat, terit, effususque iterum in lachrymas amarissimè iniurios illos interpellat; Exerite vos, scœdissimæ linguæ iacula in Deum, sanctissimamque Virginem, euomite scœdum illud ex Auerno conceptum virus; exacuite in clementissimum Deum probrosam imbrobissimi linguam. Ego interim tamdiu me hoc conficiam luto, donec vipereos illos sonos exsibillare desinatis nequissimi serpentes; expiabo ego interim, quod ipsi, scœlestissimum facinus, perpetratis. Res mira: perculit impiorum illorum hominum pectus, Hieronymi insigni hoc spectaculo placatus Deus; Hærent stupore defixi tam insolito spectro. Vbi tandè hunc verendum senem prostratum, lachrymis vbertim ex oculis manantibus illa chrymantem, scœde ore lutulentum suum plectentem scelus, veniamque à Deo apprecantem vident, attoniti resident animi, remittuntur iræ, blasphemæ comprimuntur linguæ, demum adhortante Hieronymo. compositis omnino animis fraternaliter iterum benevolentia concilian-

De merita Aemiliani senectute. 345

liantur: O animam cœlo deuotam; ò mentem toto conatu Deum anhelantem. Et ista erant trophæa senectutis; Auditores, Hieronymi, quòd cum præclarè instituerit iuuentutem, egregiè traduxerit virilem, senectam transegerit nobiliore, earumque virtutum, quibus iam primis se affatim annis, cumulatè quæ studuit adornare, inclinatur ad occasum vita radios exeruerit lucentiores; Ut vegetior senex militiam Christo exercuerit, quàm iuuenis, validior in hoc humanæ vitæ theatro in eluctantes rerum humanarum illecebras athletam decertarit senex, quàm adolescens, & ita prorsus, ut quos videret egregiè congregientes in virtutis palestra, incitato in se animo, eos etiam laudabili contentione superare contenderit. Milonem Crotoniatem mirè fortitudinis hominem historicorum stylo celebrem ferunt iam longa atate confectum, viribus effœtum, cum in Olympicis athletas decertantes vidisset ad suos lacertos conuersum, dixisse, at hi quidem mortui sunt. Hoc scœcius Auditores, in spiritali lucta, in qua eò sunt animi vires validiores, quò sunt corporis infirmiores; Scœcius inquam Hieronymus, qui ipsos adolescentes in caradromo ad cœli premia anhelantes velocior senex anteuertebat, quotquot videret strenuè in virtutis stadio luctatores, eos quamquam senior studiosa æmulatione superabat. Quin ego Milonem dixero Hieronymum, vel ipsa in senectate vegetiorem, non animi, non mentis lacertos suos, cum iuuenes contemplaretur egregia virtutis contentione dimicantes, languidos factos deplorantem, sed se yltro nobiliorem ad luctam prouocantem, & la cessentè. Hinc

346 *Declamatio trigesima septima,*

quæ sita ad contemplationis secessum latebra;
 Hinc ad acerbiores sui castigationem animus
 in census; Hinc vehementiores ad motæ pectori
 charitatis faces; hinc ille factus ardentior in pu-
 pillorum educatione, incitator ferebatur in sui
 illud pensum initio cōversionis, susceptum, nullis
 ut difficultatibus reprimi; nullis laboribus fran-
 gi, nullis periculis ab incæptis potuerit deterre-
 ri; ita ut in vno Hieronymo, expressam sui omniū
 virtutum imaginem viderent. O senectam Hiero-
 nympi omnibus officijs, & virtutibus cumula-
 tam. En Auditores, ut extremum actum tandem
 depingam: Popularis quedam delæuēs lues Ber-
 gomensem ditonem inuadit vniuersam, sædēq;
 grassata æquē in vilia, ac summa quæque capita
 debacchatur; Hæc in pauperem Hieronymi etiā
 gregem fuit. Hic ille nouo veluti classico exci-
 tatur in campum senex se ipso iuuenespiritus vi-
 ribus fortior, solitam reperit arenā laboris, reno-
 uat certamina; & veterē gymnasticam pietatis;
 à quiete scilicet solitariae vitæ, cui iam impensius
 se addixerat, totus iterum deuocatur in aduolæ
 arenam. Incredibile dictu est, quo ardore ægro-
 tantium deplorato illo morbo curam suscepit,
 quàm sauius sauguentium suorum salutem omni-
 bus officijs inuigilarit, sed o magnum in te,
 Hieronyme, Dei patet factum a morem, ut te di-
 uinæ Charitatis Salamandram, ut cœlestis ignis
 flagrantissimam Pyraustam, quæ ardentissimis
 flammis suæ vitæ alimenta depascitur, in igne ite-
 demq; emoritur delectaret, permisit Deus, dum
 ardetes illa in ægros inflammata charitate, eodē
 morbo correptus felicissimè decūberes; quin
 vitam

De emerita Aemiliani senectute. 347

vitam inciperes tandem viuere immortalem.
 Sed quid ago? An solari astro, constanti illa
 per epicyclum suum conuersione, non sibi dum
 ad aliud emispherium deflectit, sed nobis sene-
 scenti, & occidenti similem, eidemque dissimi-
 lem lucis ramentu eiaculatione Hieronymum dice-
 bam? Agite, pergamus istas occidentis Hiero-
 nympi amplificatas virtutum, & sanctitatis faces
 demonstrare; illa scilicet miracula, quæ velut i lu-
 mina præferunt seruorum Dei innocentiam ad-
 mirabilem, vitæ integritatem communi mortaliū
 fastigio celsiorem, ipso Deo clementissimo pa-
 lam in seruos suos amorem comprobante. Hæc
 verò huiusmodi sunt, ut Hieronymo elementa,
 mista, inferi, cœlum ipsum obsecundarint. Illi è
 durissimo silice aquarum fluentia cesserunt appre-
 canti: Illi Ceres obsequiosa paruit indigenti: Illi
 Dæmones imperanti obsequuti: Illi supernæ an-
 gelorum mentes tryūphaturo applauserunt. Quid
 motor hæc ipsa planius edisserere? Construxerat
 non procul à Somaschæ pago in ruderibus dirutæ
 cuiusdam arcis nouum suis militibus domicilium
 rudi quamquam impolitoq; opere Aemilianus:
 Vna ad potam aquæ opportunitas deerat: puteū
 edito, & ingentibus saxis fecundo monte effo-
 dere insanum opus, natura obluſante loci vide-
 batur, Cisternam ad pluuias aquas colligendā
 adornare peraccommodam, & difficile, & non
 admodum indigentia satis, aut opportunè fieri
 posse apparebat, durum scilicet obstabat exca-
 uandum saxum, loci, & diumq; angustia non ma-
 gnā cisternæ extruendæ, quæ satis esset, arcem
 aperiebant. Quid hic Hieronymus? Diuina ple-
 nus

PROLUS
CONNUS

348 *Declamatio trigesima septima*,
nus confidentia; iubet ingens saxum profundè
excindi, in cisternam aptari. Ecce vero dum
iustum admoliuntur, imis terræ visceribus aqua
ad potum salubris, & periuicunda erumpit; Dixe-
ris altero Mose silicem percutiente fontem diui-
nitus emanasse. Hoc aliqui, non naturæ citrà
sibi præscriptas leges, & morem, seruis Dei obse-
cundanti, sed vitro, consuetudinem, ordinemq;
suum seruando, præbenti, factum adscribunt, nec
audacter miraculum obnunciant. Sed quis ne-
get, dum situm loci, eminentiam, fecunditatem
saxorum, qua solum illud est cum primis nobile,
perpendit, insolita indulgètia naturam fuisse ob-
sequutam? sed illud admirabilius Hieronymi ce-
lebro adscribendum triumphis. Prope arcem
illam ubi suis commilitonibus ædes exædificarat;
non magno intervallo pauperibus domunculam,
non sine ingenti labore obtinente salebroso, &
facto axis solo, excitarat. Hic vero aquæ origo
profusa nulla, puteum educere, cisternâ extruere
inan is labor, vnum relictum, vt aqua diuinitus è
silicè erumperet. Erupit, Auditores, nam cum
ante eum diem, vltima incolarum memoria reuo-
cata, eò loci nullibi defluere esset visa, repente
Hieronymo ea difficultate laborâti edita môtis
rupe pendente saxo stillicidij in morem instilla-
tione perexigua caput minutis guttis irrorate, ita
vt perenni lapsu adhuc vsque diem nūquam de-
sierit. Sed prodigiosos latices Hieronymi preci-
bus perstillantes sentiunt ægri, qui cœlestem in il-
lis ad depellendos morbos vim, præsentissimam-
que medicinam experiantur; testantur maiores
nostri, quam improuisam manantem aquam, iu-
giterque

De merita Aemiliani senectute. 349
giterque guttantem viderunt; clamat euentus
quod vasculis ad menses, ad annos conseruata
non eputrescat, sed pellucida, vt primum est hau-
sta die perseueret. Audistis aquæ elementum Hiero-
nymo præter naturæ leges obsequutum; acci-
pite nunc Cererem eiusdem manibus maximum
ad prodigiū obsequiosam. Illo in conclau, quod
in arce Somaschæ erexerat, copiosus ad quadra-
ginta familiæ numerus censebatur. Vitus labo-
re primum, tum etiam, si minus sufficeret quæ-
stus, emendicato parabatur. Sed enim hyemali
aliquando tempore fera adeo cœli tempestas im-
brium frequentia desœuijt, vt pedem domo ad
colligendam stipè efferre haud liceret. Itaq; dia-
tia deficit familiâ annona; nunciat Hieronymo
Promus, Condusq; domus vix tantum esse panis,
vt tres, aut quatuor recreari esurientes possint;
nulla ad emendicandum facultas, cœlo inclemen-
tius perpluente, confecta iam superiorum dierū
vitus parcitate familia, deplorata desperatione
dira eò die fames sufferenda imminebat; Iamq;
cœperat, hora prandij aduentante, vigere. Eo
nuntio nihil commotus Hieronymus, qui diuinæ
providentiæ feruidus fide, & amore consideret;
verat illum ministrum penuriam, qua laborabat,
denunciantem, esse sollicitum; reuocat blanda,
piaque adhortatione in mentem, illum se Deum
colere, qui Israelem pavit tot annos in deserto,
Danielem in leonum sepimētis occlusum recrea-
uit, profugum iniquæ Iezabelis iniuria Eliam, Eli-
sæum aluit; qui Paulo Heremita annonam vasta
illa Aegypti solitudine, coruo curatore, suppedi-
tauit; Illi se Christo deuotos nec coleret, qui non
semel

Promo - deponit

350. *Declamatio trigesima septima,*

semel ingentem multitudinem modico pane ad fatieratem refocillauit. Tum ad orandum secedens, Deum ut suis extrema vinctus inopia laborantibus non deesset feruidè deprecatus, stata hora iubet signo dato in triclinium ad refectio- nem omnes conuenire, edicit diuino ex more implorato numine mensæ assideant. Ipse quot quot superstites erant panes à Promo acceptos in frustula concidit, ea in cinctulum, quem ministraturus gestare solebat, diuinam spirans ardenti pectore confidentiam, crucis signo, præeunte benedictione, flagrantissimaque prece, reponit, conuiuis distribuit; quid expectatis, Auditores, minuta frustula singulis impertita? ita, sed illa nunquam è sacro illo Hieronymi cinctulo defecere, aucta sensit, toties distribuit, quoties quisque suæ quod esset satis indigentia, voluit, abundè omnes non refecit solùm; expleuit, & ita, ut in gremio adhuc multa panis frustra abundarint. O diuinam Hieronymo magnæ beneficentiæ declaratam largitatem, o admirabilem seruorum Dei in Hieronymo renouatam fidem; o bene famuli Deo acceptissimi Hieronymi sanctitatem tanto prodigio comprobatam. Quid? nõ his se continuit spatij diuinæ in Aemilianum hæc benevolentia testificatio, auctum nouo, & confirmatum est prodigio miraculum; Nimirum ut testimonium relinqueretur illustre, tam insignis euectus, multa illius panis frustula à conuiuis rei admiratione attonitis sunt cõseruata. Vnum inter multos, qui interfuere conseruauit Martinus Mastellinus, qui tũ puer pia institutione Hieronymi sanctè educatus adolefcebat. Hic spe-

ctata

De emerita Aemiliani senectute. 351

ctatæ virtutis, & probitatis sacerdos vbi euasit. Patetiamque Gardæ Vallis Camonica vigil pastor, iustaque religiosus suscepit moderandam, reliquiam illam panis magna religione multos annos apud se asseruatam, agris in micas minutulas cum dereretur, vel deploratissimis morbis depellendis est expertus admirandam. Quid demum? non aquæ elementum, non Ceres solum; Dæmones ipsi inferi, Hieronyme, tibi obtemperarunt, quos imperio tuis è pueris cum eos inuasissent, turpibus, ac obscenis vocibus, scedisque actibus familiam tecum orantem perturbantes profugasti: Tibi cœlestes illi spiritus obsecundarunt, Hieronyme, qui medicas admoventi manus ægroris profligatissimis morbis laborantibus pre- sto fuerunt: Quoties enim, te famulante, desperatæ valetudinis ægri conualuerunt, sæpe autè conualuisse eorum prædicatione accepimus, qui præsentissima cœlitus, te admirante, temedia experti sunt, toties tibi cœlestes spiritus, qui diuina medicamenta suppeditarunt, credimus ancillatos. Sed ne illi sedem adornasse tibi in cœlo triumphaturo admirando specto disertissime comprobauerunt. Illi; illi sedem auream miro elaboratam opere, gemmis imbricatim ornata, fulgentissimis virgularum radijs, aureis notis, quæ speciosissimo programmate, HIERONYMO AEMILIANO præparatam indicaret, cœli referatis speculis puero decumbenti, quam tibi, terrena hac militia laudabiliter perfuncto, cœleste adscensuro Capitolium, apparabant, ostenderunt.

Sed quid ego seruo suo Hieronymo ipsam Deū reticeo diuinis afflatibus futula edocentè? Quid

Lettera n. 5

de Seneca 30/12/1536

e G. B. Scamini a Solo

Vi dicitur in
vulgato solo
de Seneca

queste lettera è senza contrassegno,
ed è pervenuta all'incubito generale di
S. Marco di Roma: ha il 1627. o 1630.

352 *Declamatio trigesimasextima.*

omitto cœlestem veluti olorem, animæ è corpo-
re imminentem profectioem mentis præsen-
sione concepisse? Præsentisti Hieronyme, vitæ exi-
tum tuæ; quin verius illum, quo ad cœlum in-
vitas, ingressam. Nam cum, Aud., Romam ad
nouam suæ militiæ expeditionem accerferetur;
re commilitonibus suis communicata. En, inquit
Hieronymus, eodē tempore (Patres) & Romam
ab amicis, & a Domino in Cœlum inuitor. Ni-
mirum non multos post dies eò, quò anhelabat,
conuolauit. Verum accipere iam totum diuino
præfagio Hieronymum cœlum complectentem;
Hominem habebat Salodij arctissima sibi neces-
situdine coniunctum; is singulis annis, donarium
mittere solitus, vel dixerim, stipem, oleum, quod
præpingue, defæcatum, & viua cissimum fecundis
olearum baccis, citimis Benaci lacus collibus
exprimitur se propediem missurū, receperat. Huic
Hieronymus, qui cœlestes sibi cardines iam per-
crepare, extremo imminente die, sentiebat, offi-
ciosè rescribens, olei donarium se quidem proli-
xa amici largitate libenter excipere respōdit; (as-
seruāntur adhuc sacra illa literarū monumenta.)

Verum alio breui se oleo esse iniungendum; omi-
natus scilicet felicem vitæ egressum, quo Christi
Domini sanctione, sacro Chrismate, vt omen nō
fefellit euentus, dum sanctissimè illud animæ con-
creditum sibi pignus Deo redderet, inunctus est.
En Aemilianum, Audit. dum instar Solis ab hac
mortalium sede, in immortalium, ac cœlestium
mentium beatam stationem se verteret, soli ta-
men nō similem fulgentiores radios eiaculantē.
En dum nobis occideret, quibus illustraric suam
hunc

De merita Aemiliani senectute. 353

hunc occasum fulgoribus. En dum confesce-
ret, quam fortem se Christi atletam hoc vitæ hu-
manæ, amphitæatro declararit. At qui dies no-
bis suo illuxit occasu? occasu inquam? fausta è
mortalibus in immortalium ciuium commigra-
tionē? quæ faustitas est oborta? Hoc nempe san-
ctorum hominum, qui Christo, felici, omnibusque
officijs cumulata militia, non tam strenui bella-
tores, quàm egregij duces militarunt, trophæum
est, vt sua a nobis in Cœlum profectioe; nominis
celebritate, & commendatione sint, quam cum
apud nos statua facerent, illustriores. Vix desijt
hic viuere Hieronymus, & cœlo incepit inter
beatissimas illas mentes agere, cum faustum orbī
illuxisse diem miraculorum splendore senserunt
vniuersi. Non ille è corpore commigrantis Hie-
ronymi dies lugubri comploratu exceptus, sed
plausibus, non elegijs, sed epithalamijs; nulla
ad pheretrum præfata complorauit interitum; sed
plaudentium turba occinuit tryumphum; non
mœstum epicædium tumulo, sed admirabilis est
elogium incisum sanctitatis. O faustum, o felici-
cem illum diem, qui nobis Hieronymo in cœlum
deuolante præluxit æternis Ecclesiæ fastis adnu-
merandum, quem illustria miracula, læta omniū
acclamationes; erecta sanctissimi viri immor-
talitari, gloriæ sanctitati trophæa exceperunt.
Non ego hic ea prosequar exornando; quæ pu-
blicas consignata tabulis locupletius Hierony-
mum celebrant, quam vt elinguis oratoris efferre
possit oratio. Illud verendum, sepulchrum acco-
larum frequentia, religione, & votis glarum,
quod suarum calamitatum cœrum perfugium,

BALDONIVS ALOYSIVS 915.

354 *Declamatio trigesima septima*

tutissimum sentiunt perditissimis in rebus. Asylum, aramque sanctissimam votorum, Hieronymum exornet. Sacra illæ imagines, quæ ubique nostræ Congregationis in templis sunt depictæ, votivis tabellis, amplissimisque donarijs ornata prædicent. Plausibilis omnium ijs in ciuitatibus, quas suis Hieronymus beneficijs, augustissimis, diuinæ charitatis consignatis monumentis, ad se colendū authorauit, sanctitatis acclamatio celebret. Commendet Pontificis maximi Pij V. quem vitæ sanctitate, & miraculis conspicuum, Ecclesiæ sanctorum albo adscriptum venerabitur aliquando, de Hieronymo prolatum oraculum, dum *Spiritu sancto afflatum* conceptis verbis enunciat. Et quidem hoc tibi elogium sanctissimi Pontificis, Hieronyme, vitæ à te susceptæ institutum laudabiles in Christi militia progressionis, præclara in eadē erecta trophæa deposcebant. Tuum vero manipularem Aloysium Baldonium, virum doctrina, & vitæ integritate celebrem tua è palestra Romam aduentem, quod perhumaniter exceperit, quod sodalium hoc tuum, inter Ecclesiæ Classarios, votorum nuncupatione concessa, adscriperit, ac extincti à se Humiliatorum ordinis cineribus nouam veluti phœnicem excitarit, maximum est tuæ quam summus Pontifex, dum quæstoris sacri munus Bergomi, Nouocomi obiret, oculis vsurparat præconium sanctitatis: En facem incensissimam Charitatis, en sydus, en solem Hieronymum etiam occiduum die ipso clariorem, en nunquam viribus in spirituali vita senescentem. Asylum pietatis, pauperum persugium, orphanorum parentem, pupillorum magistrum

De emerita Aemiliani senectute. 355
gistrum Arcam semel dicam sanctitatis. Cui non tam singulari præconio homines vitam admirati, quàm cœlites ipsi adplaudentes æternam felicitatem sunt gratulati. Perorabo Hieronyme, non tam gratulatione tui triumpho, quàm nostræ felicitatis te cœlo triumphante appreciatione. Tuus hic fastus dies, quo tibi sacra adornatur ara gloriosæ, sanctæque memoriæ, & honorificatur, Panegyris colitur, nobis ce dat tui gloriosissimi nominis sanctissimus celebritate.

D I X I.



10 MAGGIO 1620 (cf. Acta Campanensis [F20/I]
vol. II, pag. 76 alla lt.)

Milano, S. Maria Segreta

(1620)

si Patri redueat per
il Capitolo Generale.

356

De sacra ab eodem instituta Familia

Declamatio trigesima octava.



ACRAM Aemilianam familiam, & præclaro vitæ instituto per celebrem, & illius, qui primam in eam intulit originem, ac splendorem, sanctitate clarissimam, omnium non tam approbatione, quam encomio dignissimam hoc vestro, Patres Ornatissimi, cõuentu exornare perinde esse video, ac in Atheniensium eruditissimo Areopago de rebus diuinis edisserere, vel apud Athenienses Athenas prosequi laudatione. Quamobrem facilem, & peraccommodam mihi ipsi arbitror prouinciã impoluisse, cui inter epulas vestras argumentum aliquod è superiori hoc loco tractandum cum sit demandatũ, hanc mihi præcipuè materiã postpositis omnibus, quæ occurrerant animo, quæstionibus, elegerim prosequendam; dignam hac vestra Panegyri, huic loco accommodatam, huic tempori non importunam; ingenio verò, & iuuentuti meæ adeo opportunam, vt neq; accommodatorem, quæ hoc tempore ad epuli condimentum libentiùs excipiantur à vobis, neque honestiorem, aut vberiore in qua ego exultem rerum copia, fluminibusq; dicendi potuerim suscepisse. Sed enim subit in animum ephëborum apud Spartas probatissimum iuuentutis educandæ institutum, qui cum in conuiuiis soliti essent ab Irenis, & pedonomis suis de rebus ad Rempublicam pertinentibus interrogari

De sac. ab Aemil. instituta familia. 357

gari, frequentius tamen subita, & inopinata responsione quem optimum ciuem iudicarent, depromere sine hæsitatiã lubebantur. Itaque ego nõ Spartanus, sed in Christiana militiã ephëbus, qui in vestri tesseram commilitij, vt adfiscar, tyrociniũ exercẽo, quid oportuniùs faciam hoc loco, & conuiuij tempore dicturus, quam vt animi mei sensum aperiã de optimo Christiana militiã Duce, idest, nobilissimã Aemilianã Religionis? Verum ne me ipso laudationis ingressu recepta oratorum consuetudo, Rethorumuè præscripta perturbent, liceat mihi eum exornationis locum vestra impetrata venia prætermittere, qui in aliorum positus comparatione, vt inuidia plurimum, si tractetur, conciliare solet, ita, si omittatur, nihil de solida, & perfecta laude, aut detrahat, aut decerpit. Nam primum quæ ab antiquitate peti posset commendatio, quantum demum momenti affert, si vnã cum temporum canitie ipsa etiam virtus consenescat? Equidem non minus nouam Cœlo exorientem stellam, quæ vel pari cum cæteris, vel maiori splendore, & virtutis influenza conspicua mortalium in se oculos sua nouitate conuerteret, commendarem, quàm eas omnes, quæ cum ipso sole sicut de splendoris nobilitate non possunt, de natalium antiquitate possunt decertare. Non ego magnum esse existimo ex longa maiorum serie repetitam claritatem afferre; illud magnipendo, eam, quæ ex germanæ virtutis splendore proficitur, proferre posse celebritatem. Itaque omittam hanc emendicatam aliundè minimo ponendam loco laudem, quam occupat antiquitas, quam parit

CONTEMPLATIONE
ACTIONE

353 *Declamatio trigesimo octava.*
in plures Orbis prouincias facta propagatio,
quam numerus, quam frequentia vendicat com-
militonum. Concedat, si prima repetenda sint
Congregationis incunabula, cæteris Aemiliana
hanc gloriam, si quæ est, nobilitatis, se se intra
Italiae, & Galliae septa solum continere exiguum
agnoscat manipulum. Equidem ego id omne non
tam prudens, & consultus concedo, quam ad ma-
ximam sodalitiij nostri laudem deuoco, & com-
mendationem, vt etiam confidentissime pronun-
ciam adhuc ipsis incunabulis primum infantiae
gradum, vel si nonginta paulò ante annos hanc
militiam Beato Hieronymo Aemiliano Impera-
tore exercere incaperimus, non excessisse, quod
eò vegetiorem foetum more Elephanti, & diutur-
norem vitæ spatijs diuinet animus futurum, quò
tardioribus progressionibus conceptum reco-
gnosco. Totum igitur me conferam ad eam vi-
tæ rationem exornandam, quam è purissimis
Patris nostri Institutoris fontibus delibatam
conseruamus; hanc ego & ex eo, qui in Chri-
stianam Rempublicam redundat, prouentu fru-
tuosissimam, ipso genere, & instituto viuendi san-
ctissimam, & laborum, quos complectitur in hac
spirituali militia, & virtutum, quas veluti pedi-
sequas requirit, præstantiam, commendatissimam
esse confirmo; vt dum omnes instituti nostri par-
tes, rerum momenta, officia, interior, familia-
risque vita nostra mihi attentius per singula ani-
mum circumferenti in mentem incurrunt, iure
optimo instructissima palæstra virtutis, Palæstram
dico? area, campusque patentissimus ad Christi
Domini præstantissimas glorias, triumphos re-
feren-

De sacra ab Aemil. instituta vita. 359.
ferendos, in quo quisque ad immortalitatem de-
sudet, propositus videatur.
Equidem duæ omninò sunt rationes, quas non
sacri tantum interpretes, sed illi etiam Philoso-
phi, qui minus lyncei in rebus diuinis fuerunt, suis
suffragijs, vt perfecto homini ad veram felicita-
tem contendant præstantissimas comprobauerunt
quarum alteram in contemplatione positam, al-
teram in actione esse voluerunt; vtramque rebus
humanis, qui suis præceptis inhaerunt, vno a deo
nexu copularunt, vt non sine maxima, solida,
suisque numeris absolutæ virtutis iactura disiungi
pronunciarent; quin eam virtutis humanæ partem,
quæ in quietâ tantum rerum cognitione conquie-
scit, vt desidiosam, & inertem, si sola sit, despe-
xerunt prorsus, & improbarunt. Quamquam il-
li præcipuas concesserunt humanæ partes felici-
tatis: Atque eò vsque apud Romanos inquietos
olim orbis domitores concepta hæc opinio inua-
luit; vt hoc solum nomine eruditissimos, quietæ
Philosophiæ magistros, & celebres artis dicendi
professores Romanis menibus amandarint. Stra-
bone, Valerioque Messalla Consulibus, quòd
iuuentutem inertem, & segnem totos in eorum
scholis dies desiderare arbitrantur. Secus, qui
in diuinis ab ipso virtutis fonte Christo Domino
solida doctrinae latices hauserunt, sapienter, ve-
rèque iudicant, vt non solum illi potiorem veræ
felicитatis rationem adscripserint, quæ quietâ re-
rum diuinarum contemplatione perficitur, sed so-
lam, nullo ab actiua vita accito præsidio, permi-
serint triumphare. Quid ira? quòd ab vna cha-
ritate cæteræ omnes virtutes cum prodeant, & in
Deum

360. *Declamatio trigesima octava.* C

Deum charitas, ac dilectio, non preferenda tantum alteri, quæ in proximum, sed sola spectanda sit; necesse est contemplatiuam vitam, quæ sola diuinam contemplationem collimat, etiam solitariam, esse præstantissimam. Atamen non eo sensu hæc dixerim, quasi ista duæ nexum, donec hic hospites cælesti patria peregrinamur, recusent; neque enim detrimentum sentiunt coniunctione, quin perfectionem, quin excellentiam, & præstantiam.

Quas profectò vitæ rationes, vt multa sacre scripturæ symbola, tum illæ sanctissimi Patriarchæ Iacobi, Lyæ, & Racheles conjuges expresse runt, in quarum altera dum fecundum ad sobolem procreandam vterum sacre pagine deprædicant, actiuosæ vitæ nobis adumbrant rationem, quæ in proximi salutem incumbens cælo, & Deo incredibilem feracitate sobolem parit acceptissimam; alterius verò sterilitas dum enarratur, quid aliud quam Deo solum vacantis animi typus, & imago quædam ieroglifica describitur? Sed ne videar longius euagari, agite Patres religiosissimi, quis non Aemiliani sanctissimum institutum, (dum Aemiliani dico, nostrum dico) quis non commendatissimam vitæ rationem, non tam admiratione suspiciat, quam commendatione prosequatur? qui vtramque ad eodè mirabili nexu coniunxit, vt complurimum in contemplatiua, tum verò in actuosa maximum ad emerendam diuinam gloriam constituere fundamenti. Atque quam ceteris ea, quam sibi delegit, religiosæ vitæ institutio, non dicam sit præstabilior, ne odio- sa contentione in inuidiam vocem, sed æqualis lau-

De sac. ab Aemil. instituta familia. 361

laudata multis incedat in Christiana Republica tropheis, loquuntur ipsa, quæ redundant, commoda; loquitur laboriosa, ac perdifficilis ratio prosequenda; loquitur necessitas, qua vniuersæ ciuitates ex tanti commodi carentia opprimuntur, loquuntur amplissima, quæ nostri primipilares sempiternæ hominum memoriæ consignatunt virtutis monumenta. Recolite prima illa tempora, cum Hieronymus ab humana in diuinam transcriptus militiam cepit instituto nostro faces præferre, ac planè diuinæ charitatis flammæ suo exemplo in aliorum pectoribus excitare; Quam calamitosa, & deformata totius Italiæ bello, fame, pestilentia afflictæ, ac penè destructæ facies in memoriam incurret? Inter cætera deplorandæ calamitatis incommoda subibunt animo puerorum greges, qui in parentum orbitate omnium miseriarum incommoda patiebantur, & dirissimum funeris infortunium expectabant, nisi Hieronymi pietas, & charitas accessisset, qui eos per agros, & vicos palantes colligeret, & in agmen ductos, paternæ pietatis vice perfectus, educasset. O præclarum institutum, o sanctissima actuosæ vitæ, ac disciplinæ rudimenta, o felicia nostræ sodalitatæ incunabula; sciunt nunc omnes, & sentiunt quantum ex hac ardentissima Aemiliani charitate vtilitatis, non dixerim solum pietatis, si Christianam spectemus, sed etiam si politicam rationem, redundarit: cognoscunt nunc, & perspicuis experimentis habent exploratum, manipulum hunc nostrum, quamquam numero alijs religionibus comparatum inferiorem, expeditissimam esse, & var-

362 *Declamatio trigesimo octaua,*

ludissimam in Christi Ecclesie exercitu phalan-
gem; intelligunt tandem omnes, quam laborio-
sam, ac perdifficilem subierimus prouinciam,
quæ eò mihi honestior, Deo gratior, admiratio-
ne dignior videtur, quò humilioribus operibus
implicata humanæ iactantiæ vestigium nullum
retinet, auram popularis gloriæ non sperat, nec
fastum caprat celebritatis. Nam quantum est in
opere abiectionis, tantum est in charitate splen-
doris; quò hominum oculis obscurior nostra im-
penditur opera, eò celebrior est oculis Angelo-
rum; quò indignior quæ tractetur ab ijs, qui hu-
manâ efferuntur nobilitate, eò nobilior, in qua
illi sedulam nauent diligentiam, qui nobilium al-
bo cupiant adscribi.

Equidem Patres, dnm ego hanc nostram sode-
litate cum alijs religiosorum familijs confero,
subit in animum illud sacre Scripturæ symbolum,
cum Isaac obstructos à Philistæis Abrahæ puteos
refodit; libet hic mysticam enarrationem retere-
re. Effoderat quamplures, & quasi fluente aque
viuæ excitat ad potum Abraham ille. Deo acce-
ptissimus Patriarcha; hos Philistæi, profanissima
hominum natio, eo defuncto obstruxerunt; ac verò
non longo temporis intervallo, Isaac filius eisdem
summotis repagulis, & egesta humo non solum
per suos vernaculos refodit, sed noua effossione
eodem prorsus in campo, eadem area alios euo-
cauit. Ita sanè rerum sacrarum Historicus *effoderunt,*
inquit, in torrente, & repererunt aquam viuam; & profe-
cus inde fodit alium puteum. Scilicet hoc simbolo
mihi designari videntur per seruos Isaac sanctissimi
Religiosorum institutores; isti enim salubres
euan-

De sac. ab Aemil. instituta familia. 363

euangelicæ doctrinæ fontes, quos Christus Do-
minus purissimos eduxit, ab Hæreticis non quis-
quilijs solum, non ceno, non turbulentis rude-
ribus perturbatos, nec veneno infectos, sed pe-
nitus obstructos, iterum repurgatis aquis, & subla-
to veneno prauarum opinionum suo decori, &
dignitati restituerunt. Sed enim alij fodernat in
torrente, si nominis splendorem, si actionum ce-
lebritatem, si rerum magnitudinem, si compa-
ratam celeberrimis actionibus gloriam, si repen-
tino quodam impetu mirificè in omnes Orbis ter-
rarum tractus propagatas eorum familias reco-
lamus; Aemilius noster ignobili loco, eode-
dem tamen in campo, exiguum huius puteum
eduxit, vberimis tamen aquis promanantem.
Nempè si humiles pauperum greges, quos paren-
tibus orbatos educandos sibi elegit, nobis ob oculos
ponimus, incurret statim in conspectum de-
spicatissima turba, obscura, egentissima, è lati-
bulis pagorum, ac Ciuitatum euocata; si mentem
Hieronymi reputemus animo, non magnificè ab
illo ædes excitata, non sumptuosa exadificata
conclauia, non conquesta nobilium ciuitatum
diuerforia; occurret inglorium cœnaculum, di-
uendito è patrimonio comparatum, quod pale-
stram exercendæ pietatis educandis, & instituen-
dis infantibus, quos adoptarat in filios, conse-
crauit; occurrent Nosocomia, quæ veluti gymnasia,
in quibus diuinæ charitatis verè gymnica
proluderent pietatem, frequentauit; occurrent
Somaschæ montes, & abdita illa lustra, quò post
multos in alijs ciuitatibus castrametationes
suum tandem agmen euocauit, spiritualis militiæ
statua

384 *Declamatio trigesimo octaua*

statiua disposuit, tentoria collocauit. Hæc equidem minus splendoris, & humanæ continent nobilitatis; verum tamen si cætera intimius momenta perlustres, quæ alia est actiuosæ vitæ a deo laudabilis institutio, quàm hæc vna, ab Hieronymo, Aemiliano excogitata, vel non adæquet, vel excedat? Cuius enim pectoris est, se se ad tantam animi demissionem deiicere, vt inter infimas pauperum turbas non solum ipse diuersari, & sui voluerit instituti sectatores, sed paternum in illos exercere affectum, ad infima quæque animum adiungere? Qua in re si quis non pigrè sedulam operam nauet, quæ pietas elucet? qui charitatis ardor? qualis, & quanta pectoribus incensa esse debet flamma celestis amoris? Producendi mihi hoc loco essent omnes nostræ sodalitatæ antesignani, & excurrendum nunc mihi per eorum egregias, & laudabiles actiones, vt ostenderem in re abiectissima, perutili tamen, & necessaria, præclaram pietatis operam impendisse, nolque commilitones suos ad fructuosam plane, & perarduanam, quamquam minus humanæ felicitatis speciem præferat, militiam prouocasse. Recensenda essent singula officiorum genera, quæ nobis proponuntur exercenda, vt declararem qualem palæstram erexerint virtutis, quem campum aperuerint, in quo strenuè si dimicaremus, non ignobiles de mundi illecebris, de inferorum hostibus manubias illustri victoria comparatas celesti Capitolio defigeremus; sed in tempestiuo hoc prosequeretur tempore, & loco, cum apud eos agam, qui in hoc eodem puluere, egregia virtutis declaratione, versantur. Vos ipsi probe no-

stis,

De sac. ab Aemil. instituta familia. 363

ris, Patres; quam multos enumerare possem, qui in hac humili Aemiliani palæstra Christi Domini insignes pugillares euasere; quàm multos, qui amplissimis abdicatis diuitijs, pupillorum cura suscepta, maximæ gloriæ duxerunt pauperum censu adscribi; quàm multos, qui commendatissimū charitatis genus amplexi, spretis humanis honoribus, summum decus; maximam laudem eam existimarunt, quam Hieronymus Aemilianus despiciatissima terrenis oculis palæstra pupillos educando, honestis artibus, ac disciplinis informando sudore, & labore peperisset; quàm multos, qui in integritatem vitæ, moderati animi candorem, virtutem omnem, nuncio voluptatibus remisso, eiuratis cupiditatibus a deo in hac humili Aemiliani schola laudabili vitæ conformatione condidicerunt, vt celebres prodierint magistri pietatis. Hinc illi profecti, qui tota Italia, Orbis luce, educandæ piorum hominum censu pubertatis parentum ope destitutæ auctores fuere. Hinc illi, qui ex primis Hieronymo præeunte mulieres pellices ad meliorem frugem redactas, pia industria, & solerti opera monasticam vitam adhortati in sacra conclauia induxerunt, Diaboli sacramento exauctoratas, Christi Domini asserras in libertatem. Hinc illi, qui tot pupillorum ædes non solum nobilioribus florētissima huius totius Orbis Prouinciæ, sed obscuris etiam locis, vel suis admotis operibus, vel adhortatione, vel exemplo, celebrique fama sanctitatis exædificarunt. Hinc illi demum ardentissima charitate flagrantem emerferunt, qui primi in Gallia togata pagos, & vicos, & vrbes ipsas, cœlestes, tanquam emissarij

A a

cir.

366 *Declamatio trigesimo octava,*

circumlustrantes, rudibus, & oppidanis hominibus coactis, prima DOCTRINÆ CHRISTIANÆ rudimenta publicitus quā in tēplis, quā in placis, quā in agris tradiderunt.

Vt non mirum sit piam, & nobilem in Gallia Narbonensi sodalitatem, quin potius strenuissimam aciem, a pijsimo illo, & flagrantissimo Viro Cæsare de Buse excitatam, quæ DOCTRINÆ CHRISTIANÆ tessera, in noualibus Euangelij aut proscindendis, aut repastinandis, aut excollandis, in illa regione, egregiam operam nauat, cum nostra, Pauli Quinti summi Pontificis auctoritate, maxima, vtrinque animorum consensione, & alacritate coaluisse. Sanè libet iure suo Aemiliani sodalitatem adolescentium, & pupilorum parentem compellare, Asylum paupertatis, Gymnasium despicientiæ, cotem probitatis, instructissimam moralium virtutum officinam.

Intelligo Patres, me ea prætermittere, quæ post Aemilianum proximi deinde tantis facibus incensi, dum *charismata meliora*, Apostoli vocem secuti æmulantur, perfecere. Siquidem scio maiores nostros non hoc solum actuose vitæ genere potuisse charitatis proximi adiuuandi excitatas ab Aemiliano stāmas coercere; sed semper inflammatores erupisse adeo, vt exarserint ad novos semper labores in Dei Ecclesia perferendos; scio egregiè fuisse susceptā a nostris diuini verbi profeminādi prouinciā, & laudabiliter tractatā; scio ipsis Congregationis incunabulis, si vltimam memoriam reuocemus, in Seminarijs, & Academijs laboriosam informandæ virtutis operā non minori cum laude fuisse nauatam; vt quod in singulis

reli-

De sac. ab Aemil. instituta familia. 367

religiosorum familijs laudabile est institutum in hac nostra sodalitate omnes collectum agnoscūt, & admirantur; sed prudens, & consultus in eam præcipuè partem volui excurrere orationem quæ nobis minimè cum cæteris est communis, quam nostræ sodalitati expositam esse voluit Aemilianus, in qua iacta sunt firmissima fundamenta religiosæ disciplinæ, hoc est arctioris vitæ, & pietatis.

Hic igitur subsisto, etsi singula præsertim contemplatiuæ vitæ partem, vt initio proposueram, copiosa, & ornata oratione possem illustrare; video enim me ad carcerem nondum absoluta ad metam excursionem reuocari. Liceat verò, quod optabam, tot præclaris actionibus confirmatō veluti Spartano ephebo mihi in conuiuio deoptimo disciplinæ perfectionis genere, sententiam, iudiciumquè proferre; liceat, inquam, ad tantam felicitatem nobis gratulari, qui Hieronymo Aemiliano duce Christi Domini stipendia promeremur; liceat Aemiliani sanctissimam, & probatissimam familiā præclaro vitæ instituto, egregijs maiorum actionibus celebrem, maximo Christianæ Reipublicæ commodo, & ornamento illustrarem, studio disciplinæ genere commendabilem prædicare; nosque beatos, ac fœlices asserere, si, quæ nobis præscripta est æternæ fœlicitatis comparandæ, sequamur rationem; si proposita a maioribus exempla, si eorum gloriam æmulati, si per impressa iam probitatis vestigia, cœlestem ad patriam incedamus.

D I X I:

A 2 3 DE

594 Decl. L. De Ven. P. Casare de Bus.

cellulam extruxit. Illi sedes ante obitum: (quem Hieronymus multo ante præsēsit) qua Cælo erat potiturus ostensa. Isti celestem mansionem, ante animæ e corpore egressum, quem prædixit, destinatam Deus revelavit. Agite, Patres, tantis Ducibus strenuè iam Christo coniunctis animis militemus. Illos e Cæli specula concipite suas phalanges, suos milites, suam militiam contemplantes. Illhinc Aemilianus; Illhinc Cæsar cum laurea, cum corona, qua Deo laborum remuneratore concedente, præcingant dimicantem, ab hostium castris victorem redeuntem, flumen vitæ licet inimicorum telis impetiturum, acriter vadantem, expectant.

D I X I.



Errores grauioresexponimus; corrige leuioreshumanis-
sime Lector condona.

Pagina 5. lines 1. adesto, adeste. 11. l. 14. alemn, alitem. 22. l. 2. fa-
stiosa, fastosa. 44. l. 19. aurar, aurea. 45. l. 11. penicillo adumbremus,
penicillum adhibeamus. 44. l. 4. cui cum immitis; cuius immiti in-
genio cum esset. 68. l. 1. in quam, iniquam. 70. l. 19. quo nullius, quod.
86. l. 17. voluptatem, voluptatum. 110. l. 30. fedes, sedes. 136. l. 14. genetri-
cem, genitricem. 145. l. 18. intospiciens, introspicies. 147. 33. molliciam,
mollicem. 158. 8. perfectz, perfultz. 169. 30. cerebera, cerbera. 180. 2.
honorem, honore. 182. 24. inherefcit, inherefit. l. 28. cinica, cinice. 193. 2.
vera, pura. 219. 3. tractu, tractus. 251. 4. hoc illo, hoc ipso. 261. 14. illumq;
illudq; 271. 32. empestari, tempestari. 286. 12. illi ipso, illi qui ipso. 322.
virtutibus, virtutis. 388. 9. natiuos, natiuos. 293. 14. hoc, hac. 296. 3. su-
stinet, sustinuit. 319. 19. petitionibus, penitionibus. 340. 27. concumu-
latum, concumulatam. 30. cfitaras, lectitaras. 341. 17. flagrantissima.
342. 10. 346. 30. natis, saxis. 363. 32. multos, multas. 373. 33. do-
mitoris, domitoris. 365. 27. soym, solum. 376. 10. inuitz, inuistz. 389.
33. etiam etiam. 399. 32. cliente, clientes. 439. 26. omnes, animos. 462.
26. ignicus, ignitus. 494. 10. Narbonensem. (adde) prolapsi. 497. 27.
defectionum, defectionem. 528. stultio, studio. 253. 30. capellitio, capil-
litio. 560. 33. ausillicatus, auspiciatus. 575. 16. saciam, sacrum.